SANCTI LVDOVICI FRANCORVM REGIS CHRISTIANISSIMI.

PRAGMATICA SANCTIO,

ET IN EAM

HISTORICA PRÆFATIO ET COMMENTARIVS;

In quibus illud euincitur,

Reges Franciæ, Romanæ Ecclesiæ Primogenitos Filios, Necnon Sedi Apostolicę deuotissimos, Præ cęteris Christiani Orbis Principibus, Aulæ Romanæ Curialium acriùs obstitisse conatibus, Quibus, vel Ecclesiæ Gallicanæ Iura inuadere, Vel Regni Priuilegia euertere studuerunt.

Opus quidem tùm rei Beneficiariæ tractandæ vtilissimum, tùm & Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ tutelæ conuenientissimum publici juris faciebat FRANCISCVS PINSSONIVS *Bituricus, Parisiensis Aduocatus.*





PARISIIS,
Apud FRANCISCVM MVGVET Typographum Regium, ad insigne Adorationis Regum.

M. DC. LXIII.
Cum Priuilegio Regis, & Approbatione.



INVICTISSIMO
ET
AVGVSTISSIMO REGI
LVDOVICO XIV.



Atiere lubentiùs, REX INVICTISSIME, *vt ſub interiori Sanctiſſimi & Chriſtianiſſimi Frãcorum Regis Ludouici IX. Pragmaticæ Sanctionis cortice, prodeant ſanctiora illa, & Regni adminiſtrationi, ſimul & Eccleſiæ Gallicanæ regendæ apprimè conducentia monita & præcepta, quæ moriturus Philippo filio inſcribebat; cùm & ſacram Sancti Regis familiam legitimâ ſortę & ſucceſſione repetieris, & viuâ referas imagine Sanctiſſimum proauum tuum, tùm in Regni juribus, ex ſolemni*

ā

jurejurando ſub ipſâ inauguratione præſtito, illibatè ſeruandis, tùm in eximiâ deuotione Sedi Apoſtolicæ exhibendâ; ita tamen vt juris vtriuſque & officij Regij vbique præſtandi ſtudium, immotæ fidei & conſtantioris juſtitiæ regulis temperetur; quas vtique Regni moderandi dotes, ab auguſta illa, & ab omnibus ſucceſſoribus inſequenda Sanctiſſimi proaui regnandi arte mutuari ſoles: Ille namque religioſiſſimus & deuotiſſimus Princeps, poſtquam Gregorio IX. & Innocentio IV. ſummis Pontificibus nomine Regio eam præſtari juſſit obedientiam quæ filialis appellari ſolet, vt quæcumque ſeruilis excludatur, *non deſtitit tamen eorumdem Pontificum pertinacioribus obſiſtere conatibus, quibus pecuniarum ſubuentiones in hoc Franciæ Regno colligendas, & Sedis Apoſtolicæ commodis inſumendas, abſque vllo ſanctiſſimi Regis aſſenſu indixerant: Verùm etiam Gregorio IX. in Federicum Imperatorem ſpiritualia arma commouente, eumque Imperialis dignitatis apice deturbare obnitente, & in dejecti locum Robertum Comitem Atrebatenſem ſancti Regis fratrem ſubeligere, per Oratores ſuos quamprimùm, tùm Gregorio IX. ſummo Pontifici nunciari juſſit,* tantum Principem, quo nec major nec par

Gobellin. in vita Pij II.

Mathæus Pariſ. in hiſtoria Angliæ ad annum 1240. & 1247.

Mathæus Pariſ. in hiſtoria Anglicana.

inter Christianos, non conuictum, nec confessum de objectis sibi criminibus exhæredandum, nec ab Imperiali apice præcipitandum, qui, si meritis suis exigentibus deponendus esset, non nisi per Concilium generale cassandus judicaretur; *tùm Federico Imperatori mandauit intimandum*, Barones Franciæ nullâ ambitione pulsatos, cùm vtique crederent Dominum Regem Galliæ, quem linea Regij sanguinis prouexit ad sceptra Francorum regenda, excellentiorem esse quolibet Imperatore, quem sola electio proueheret voluntaria; nec non sufficere debere Domino Comiti Roberto, fratrem esse tanti Regis: *quo & significaret apertiùs illud semper extitisse discriminis inter Augustissimos Germanorum Imperatores, & Christianissimos Francorum Reges, quòd licèt summi Pontifices Imperatores in temporalibus sibi submissos crediderint, propter coronationis gratiam ipsismet impertitam, vbique tamen & palàm declarauerint* Reges Francorum nullum in temporalibus recognoscere superiorem; *cùm vtique Coronam & Gladium authoritatis, nec non Regiæ Majestatis symbolum, sub ipsa inauguratione ab altari, nec à consecrante Episcopo sibi subdito accipiant:*

Mathæus Paris. ibidem.

Innocent. III. in cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi.

sanctissimo tamen Rege illud ibidem attestante, ne quidem ipsi summo Pontifici de tanto Principe judicandi delatam fuisse potestatem; imò, si meritis suis exigentibus deponendus esset, *soli Concilio generali creditam: cùm totius orbis Christiani vniuersalem & temporalem Dominum in Ecclesia, & Catholicæ fidei defensorem exhiberet: quo & indicaret manifestiùs, dudum hanc Christianam vbique patuisse doctrinam & sententiam, Concilium generale à Deo solo immediatam habere potestatem, etiam in summos Pontifices sibi subditos certis casibus exercendam. Nec verò historica præfatio ipsius sancti Regis Pragmaticæ Sanctionis fronti inscripta, quæ omnium retrò Principum & Francorum Regum singulare exhibet studium; tùm in deuotione & obedientia filiali summis Pontificibus nomine Regio præstandâ, tùm in Regni juribus intemeratè custodiendis, & à quorumlibet inuasione vindicandis, alteri debuit consecrari, quàm tibi* Regi Invictissimo, *qui solus antecessorum omnium Principum illustriores titulos abundantiùs imples, Clodouæi I. & Caroli* Magnitudinem, *Ludouici filij* Mansuetudinem, *Roberti* Pietatem, *Philippi Augusti* Victorias, *Ludouici IX.* Religio-

Matth. Paris. ibidem.

nis propagandæ zelum, *Philippi Pulchri* Venuſtatem, *Valeſij* Fœlicitatem, *Caroli V.* Sapientiam, *Caroli VIII.* Munificentiam, *Ludouici XII.* Amorem populi, *Franciſci* in Litteratos ſtudium, *Henrici Magni* Clementiam, *Ludouici patris* Iuſtitiam; *vt de te*, REX AVGVSTISSIME, *conuenientiùs dici poſſit*, Filij Regum congregauerunt diuitias, ſed tu ſupergreſſus es vniuerſos; *Nec enim alius fuit, qui Regni fines victoriis vbique partis latiùs extenderet, vel ſequioris & laxioris adminiſtrationis vitio auulſas ditiones, Coronæ Dominio, abſque vllo juris alieni præjudicio, promptiùs redderet; Senſit hanc nuper fæliciorem regnandi ſortem celebris illa Dunkerka ſacro Coronæ Dominio reſtituta: Senſit & Auenionenſis Ciuitas, & Veneſini Comitatus, qui aliàs per incuriam, & minoris ætatis lubricum, à Joannâ Neapolitanâ Reginâ Prouinciæ Comitiſſâ, ſub ſpe leuioris pretij à ſacro Dominio auulſi, tuis vigilantioribus curis eidem reſtitui geſtiunt: Senſit & Marſalium & tota Lotharingiæ Ditio, quæ vt primùm armis accinctum vidit, et Pacificum experta eſt. De hoc itaque ardentiori Regni propagandi, & fæliciora nobis tempora reuocandi ſtudio, cùm tibi gratuletur*

Prouerb. cap. vltimo.

vniuersa Gallia, annueris lubentiùs, REX AVGVSTISSIME, *vt & ipse plausibus popularibus admiscear, qui & peculiari & domestico tibi famulandi studio ocyùs propelli debeam, cùm vtique Clarissimi viri Antonij Bengæi Academiæ Bituricensis Primicerij familiæ tibi addictissimæ, ex materno sanguine adscribar, qui & Ludouici Iusti Triumphantis memoriæ patris studiis regendis proponi meruerat, patere igitur,* REX AVGVGVSTISSIME, *vt hoc leuiori munusculo ex auito studio concepta vota persoluat*

Deuotus SACRÆ M. T.

FRANCISCVS PINSSONIVS.

PRÆFATIO HISTORICA
ET EIVSDEM SVMMARIVM.

17. *Clodouæi I. Regum Franciæ Christiani deuotionis exhibitio Beato Petro.*

18. *Childeberti Regis, & Pelagij I. Pontificis, mutua exhibitio deuotionis, & professionis Fidei.*

19. *Successio deuotionis Regiæ in Dagoberto, & cæteris 1. stirpis Regibus.*

20. *Deuotioni Regiæ annexum disciplinæ in Regno firmandæ studium.*

21. *Hujus studij partes Canonicarum electionum, & collationum ordinariarum libertatis obfirmatio.*

22. *Synodi ea de causa habitæ Aureliis, in Aruernia, Parisiis, & Cabiloni.*

23. *Laudatur Aurelianensis Synodi 2. Can. 7. de electionis libertate.*

24. *Item, Concilij Aurelianensis I. cap. 19. de Episcoporum vniuersali potestate, in omnes Diocæsis Ecclesias.*

25. *Item, ejusdem Concilij cap. 21. de disciplina regulari in Monasteria suæ Diœceseos, singulis Episcopis credita.*

26. *In quibus consistat tota disciplinæ Ecclesiasticæ, siue secularis, siue regularis, executio.*

27. *In fundatoribus 2. stirpis Regum Franciæ deuotio in Sedem Apostolicam, simul & personale auxilium confirmatur.*

28. *Personalis auxilij à Regibus præstiti commoda depromuntur.*

29. *Exploditur donatio Constantini, & veriùs Regibus Francorum 2. stirpis adscribitur.*

30. *Gratiæ relatæ Regibus Franciæ à Summis Pontificibus propter munificentias Sedi Apostolicæ factas.*

31. *Asseritur nec Summis Pontificibus, etiam pro tutela & defensione, Ius armorum suscipiendorum competere.*

32. *In id testimonium Gregorij magni laudatur.*

33. *Item aliud testimonium Leonis IV. Ludouico II. Imperatori rescribentis.*

34. *Laudatur renunciatio Ludouici Pij, facultatis delatæ disponendi de majoribus Ecclesiæ Beneficiis.*

35. *Laudatur & Caroli Magni Pragmatica Sanctio, & capitularia, vt & subsequentium Regum Franciæ.*

36. *Connexio deuotionis in Sedem Apostolicam, & ardentioris*

58. *Asseritur Sancti Ludouici Sedi Apostolicæ exhibita deuotio, & custodiendæ disciplinæ studium.*
59. *Præcipuæ Sancti Ludouici administrandi Regni, & Ecclesiæ regendæ rationes, à Sanctis parentibus mutuatæ.*
60. *Constitutio Sancti Regis anni* 1228. *de Canonicarum electionum, & Collationum ordinariarum, libertate.*
61. *Item, de simoniæ crimine eliminando, exactionibus pecuniarum vetandis, & Priuilegiis Regiis, Ecclesiis quibuslibet concessis, confirmandis.*
62. *Item, alia Constitutio ejusdem anni, de Libertate Ecclesiasticâ in Diœcesi Albigensi seruandâ.*
63. *Beneficiis fundationis Regiæ dispensandis ordo præscriptus à Sancto Rege.*
64. *Probatur præscriptus ordo, ex Nangio.*
65. *Idem ordo probatur in dispensatione beneficiorum jure regaliæ vacantium, ex eodem Nangio.*
66. *Exclusa pluralitas beneficiorum in collationibus Regijs.*
67. *Decretum Facultatis Theologicæ Parisiensis, anni* 1236. *de pluralitate beneficiorum damnata.*
68. *Pragmatica Sanctio sancti Ludouici anni* 1268. *prioris constitutionis confirmatiua.*
69. *Litteræ Regiæ de dispensandis beneficiis secundæ expeditionis tempore vacantibus anni* 1269.
70. *Commendatur hujus ordinis, in dispensatione beneficiorum à sancto Rege inducti, religio.*
71. *Commendatur iterum Regius dispensationis beneficiorum ordo, à tempore quo fuit indictus.*
72. *Commendatio præcipua Pragmaticæ Sanctionis sancti Ludouici, à jure communi quo innititur.*
73. *Alia ratio exercendæ disciplinæ Ecclesiasticæ à sancto Rege seruata.*
74. *In id testimonium Domini Ionuillæi in vita sancti Regis.*
75. *Continuatio expositionis Ionuillæani exempli, vbi & subditur sancti Regis responsum Prælatis regni conquerentibus.*
76. *Aliud exemplum administrationis sancti Regis, à Matthæo Paride depromptum.*
77. *Responsum Regiorum Oratorum ad Legatos Gregorij IX.*

te, & Concilio Basileensi sedente, noua dissidij occasio.

115. *Generalis Synodi Basileensis conuocatio, vt decretis Concilij Constantiensis satisfieret.*

116. *Depositio Eugenij, & subelectio Amedæi Sabaudiæ Ducis in Concilio Basileensi habita.*

117. *Basileensi Synodo reformatio vniuersalis Ecclesiæ inducta.*

118. *Quid Oratores Concilij Basileensis ad Carolum VII. tentauerint.*

119. *Congregatio Bituricensis Oratorum Concilij petitionibus examinandis incumbit.*

120. *Pragmatica Sanctio Caroli VII. in ea congregatione promulgata, & quid in ea receptum decretorum Synodi Basileensis.*

121. *Quæcumque decreta Basileensis Synodi post translationem Ferrariensem confecta, à Pragmatica Sanctione rejecta.*

122. *Carolus VII. ab Eugenio IV. licet deposito non deflexit, nec Fœlici V. subelecto adhæsit, sed eidem cessionem persuasit.*

123. *Quid tentatum à subsequentibus Pontificibus, vt Pragmaticam Sanctionem euerterent.*

124. *Quid tentatum à Pio II. temporibus Ludouici XI.*

125. *Atrebatensis Episcopi Regi carissimi conciliatio, ad impetrandam Pragmaticæ abrogationem, sub spe Cardinalitij Galeri.*

126. *Transmissa à Ludouico XI. ad Pium II. Pragmaticæ abrogatio per Atrebatensem Episcopum, cum libera in regno dominandi ratione.*

127. *Pragmaticæ cartha Romæ à Pio II. damnata, & flagellis subdita.*

128. *Senatus Parisiensis San-Romani procuratoris generalis oppositionem abrogationi Pragmaticæ factam probauit, expostulatione Regi in id habita.*

129. *Quid tentatum à Paulo II. vt Pragmaticam penitùs euerteret.*

130. *Conciliatio Baluæ Episcopi Ebroïcensis Regi carissimi, repromissione Cardinalatus, vt Pragmaticæ abrogatio-*

nem exequendam suaderet.

131. *Quæ ratio Regem faciliorem reddiderit abrogationis Pragmaticæ executioni mandandæ.*

132. *Nec tamen Curia Parisiensis Pragmaticæ abrogationem probauit.*

133. *Rex tacitè annuens Pragmaticæ obseruationi plura decreta eidem conformia edidit.*

134. *Xisti IV. Concordata inter Sedem Apostolicam, & Ludouicum XI. in extrauag. ad vniuersalis. de treuga & pace. in commun.*

135. *Quid his Concordatis statutum exponitur.*

136. *Concordata Xistina in Regno Franciæ nequaquam admissa.*

137. *Tractatus Heliæ Turonensis Archiepiscopi & Cardinalis, quem defensorium Concordatorum appellauit.*

138. *Contra Philip. Probus edidit alium tractatum, quem defensorium electionum inscripsit.*

139. *Laudatur Rob. Gaguinus in Carolo VII. differens de conatibus SS. PP. ad euertendam Pragmaticam.*

140. *Refertur locus Gaguini ibidem.*

141. *Continuatur relatio loci ex Gaguino.*

142. *Caroli VIII. deuotio in Sedem Apostolicam & disciplinæ Ecclesiasticæ confirmandæ studium.*

143. *Generales Regni ordines Turonis conuocati, & quid in consessu statutum.*

144. *Procuratoris generalis San-Romani exauctorati in pristinam dignitatem restitutio.*

145. *Xisti IV. oppositio tentata in Cardinalis Baluæ San-Romani hostis infensissimi Legati Apostolici delegatione.*

146. *Balua Cardinalis Regius Orator ad S. P. demandatus, vt querelis Regni ordinum, de liberiori dominandi ratione S. P. credita, satisfieret.*

147. *Caroli VIII. Alexandro VI. S. P. personalis deuotionis exhibitio, dum Romæ Neapolim festinans adesset.*

148. *Ludouici XII. deuotio in Sedem Apostolicam.*

149. *Confœderatio Ludouici XII. cum Alexandro VI.*

150. *Auxiliaribus copiis Ludouici XII. Romaniæ Ducatus*

catus Cæsari Borgiæ adscriptus.

151. *Edictum Ludouici XII. anni 1449. de Pragmatica Sanctione seruanda.*

152. *Iulij II. confœderatio cum Ludouico XII.*

153. *Quid ex confœderatione consequutus fuerit Iulius.*

154. *Trium Regni ordinum Turonis conuocatorum conclusi articuli in defensionem Regni.*

155. *Conuocatio Pisani Concilij, & translatio Mediolanum, & Lugdunum.*

156. *Restitutio obedientiæ à Ludouico XII. Leoni X. S. P. facta.*

157. *Deuotio & obedientia Francisci I. Leoni X. S. P. exhibita personaliter.*

158. *Quid temporibus Francisci I. per Concordata Bononiensia inductum.*

159. *Concordata Bononiensia ex majori parte à Pragmatica Sanctione, & Basileensi Synodo mutuata.*

160. *Illud probatur etiam in electionibus, quæ in Ecclesiis speciali eligendi priuilegio donatis permanserunt.*

161. *Disputatur an Concordata regno Franciæ vtiliora, quàm Pragmatica.*

162. *Confœderatio Leonis X. S. P. cum Carolo V. Imperatore nouissimè electo in necem Francisci I.*

163. *Confœderatio Clementis VII. cum Francisco I. per nuptias Henrici secundo-geniti cum Catharina Medicæa Clementis nepotissa.*

164. *Congressus Regis Francisci in vrbe Niceæ cum Paulo III. ditatus indulto Apostolico in fauorem Senatorum Parisiensium concesso.*

165. *Quid temporibus Henrici II. præstitum fuerit.*

166. *Octauij Farnesij Ecclesiæ Romanæ feudatarij ab Henrico II. suscepta defensio.*

167. *Noua dissidij occasio inter Iulium III. & Henricum II. ob susceptam Octauij Farnesij defensionem.*

168. *Iulio III. Henricum II. excommunicare comminante, & regnum interdicto subjicere, vt se defenderit Henricus.*

169. *Maximè edicto inhibitorio pecunias Romam asportandi.*

170. *Amotio inhibitionis Romam proficiscendi Iulio gratiorem se reddente, seruato interim edicto contra paruas datas anni 1550.*

171. *Quid præstiterint vltimi stirpis Valesiæ Reges.*

172. *Internis dissentionibus ob religionem vexata hæc administratio.*

173. *Sedandis dissentionibus subuentiones à Clero exhiberi jussæ.*

174. *Caroli IX. Legato prælationis vindiciæ, contendente in contrarium Legato Regis Hispaniarum, à Pio IV. adjudicatæ.*

175. *Idem judicium Xisti V. in Marchione Pisano Henrici III. Oratore Legato Regis Hispaniarum præferendo.*

176. *Studium Regum Franciæ, vt antiquiorem ordinem in dispensatione beneficiorum inductum confirmarent.*

177. *In id singulos Regni ordines Aureliis Carolus IX. conuocari jussit.*

178. *Quid in disciplina Ecclesiastica & regulari seruanda, præstiterit Aurelianensis constitutio.*

179. *Quid articulus 2. ejusdem constitutionis de non transmittendis Romam pecuniis, propter annatarum exsolutionem, & art. 22. de præuentionibus Apostolicis condemnandis.*

180. *Vt declaratione Regia anni 1562. apud Carnutes habita, pristina libertas reddita fuerit.*

181. *Henricus III. Gallicis diuisionibus vexatus, minùs conferre potuit studij, ad disciplinæ Ecclesiasticæ conseruationem.*

182. *Quid tamen his temporibus præstiterit Tridentina reformatio.*

183. *Quid inde prouinciales Synodi in Metropolitanis Regni habitæ.*

184. *Vt per hanc reformationem, secundùm Diui Gregorij mentem, jurisdictio vnicuique seruata sit.*

185. *Quid reformationi inducendæ præstiterit Blesensis constitutio, & ex Tridentinæ Synodi decretis admiserit.*

186. *Non eadem morum reformandorum vbique ratio inducenda, ita statuente Basileensi Synodo, & Pragmatica.*

187. *Decreta Tridentinæ Synodi, quæ fidem & doctrinam Apostolicam contingebant, generaliter in regno recepta.*

188. *Vti successerit stirps Borbonia in locum Valesiæ.*

189. *Vti stirps Borbonia sancti Ludouici successionem repetierit à Roberto Claromontano Comite.*

190. *Vt pariter deuotionem in Sedem Apostolicam, & reformandæ Ecclesiæ Gallicanæ studium.*

191. *Leuius diuortium Henrici IV. ab Ecclesia Catholica, ipsum arctiùs eidem vniuit.*

192. *Vt testatus est per obedientiam Summo Pontifici statim exhibitam, per excellentissimum Principem Ducem Niuernensem.*

193. *Verè Pœnitentis Henrici IV. conuersio in Ecclesiam, Clementem VIII. S. P. placauit.*

194. *Rex Henricus interim studuit liberiori dominandi rationi S. P. in Regno Franciæ cohibendæ.*

195. *Henricus IV. Gregorio XIV. S. P. gladium spiritualem, & temporalem exerere tentanti, obstitit.*

196. *Sed & Comiti Sfondratensi Gregorij nepoti, auxiliarium copiarum Duci, simul & diplomati Pontificio monitionis titulum habenti.*

197. *Senatus Parisiensis Turonis commorans, Gregorianum diploma condemnauit.*

198. *Henricus IV. ad Ecclesiam conuersus, Clementi VIII. S. P. deuotionem filialem exhibuit.*

199. *Litteræ Regiæ inhibitionem Romam accedendi amouentes, nouo & insolito stilo inscriptæ.*

200. *Litteræ à Senatu Parisiensi improbatæ, tandem emendatæ scriniis Curiæ inscriptæ sunt.*

201. *Improbatur Gregorianum diploma à singulis Regni ordinibus.*

202. *Gregoriani diplomatis condemnatio facta à Clero Gallicano Carnuti congregato.*

203. *Cui adhæsit Carolus Faius Senator Parisiensis libello in id edito.*

204. *Item Guido Conchilius Gregorianum diploma condemnauit.*

205. *Compilatio tractatuum libertatum Ecclesiæ Gallicanæ euulgata primùm regnante Henrico IV.*
206. *Xistus V. licèt Henricum IV. dum solo Nauarræi Regis titulo appellaretur, excommunicasset, Regem Franciæ effectum de nouo excommunicare non ausus.*
207. *Nec etiam fucatæ vnioni Catholicæ auxiliares copias subministrare.*
208. *Ludouicus XIII. deuotionem in Sedem Apostolicam ab imposito sancti Regis nomine hauserat.*
209. *Exemplo sancti Regis Beatæ Virginis protectioni Regnum submisit.*
210. *Vt sanctus Ludouicus in proemio Pragmaticæ, solius Dei protectioni.*
211. *Ludouicus XIII. authoritatem Regiam à quocunque lædi non passus, ne dum à S. P.*
212. *Quid Mareschallo Estræo Oratore Regio Romæ commorante, in securitate Monasterij Trinitatis de Monte violatâ, seruari jusserit.*
213. *Et in addita injuria, vt in Rouuræi Equitis Mareschalli caput publicâ vindictâ decerneretur.*
214. *Inhibitio facta Scoto Nuncio Apostolico, ne Regio consessui præsens esset.*
215. *Vt & Regni Prælatis, ne cum eo conuenirent, de quocunque negotio tractaturi.*
216. *Tractatus de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ authoritate Senatus Parisiensis impreßi, & renouati.*
217. *Prælati Parisiis commorantes absque vllâ Regiâ authoritate congregati temerè inclamant in hunc librum.*
218. *Probationes libertatum Ecclesiæ Gallicanæ ex priuilegio Regio in publicum emissæ.*
219. *Damnatus à Senatu libellus, cui titulus,* Optatus Gallus de cauendo schismate.
220. *Quid præstiterit Ludouicus XIV. ad Philippum Augustum propiùs accedens.*
221. *Quibus de causis Ludouicus XIV. ad Philippum Augustum propiùs accedat.*
222. *Tum propter firmam & constantem Philippi oppositio-*

idem Innocentio III. jurisdictionem Regiam inuadere tentanti.

223. *Ludouici XIV. filialis obedientiæ exhibitio Alexandro VII. S. P. per Ducem Criquium Oratorem Regium.*

224. *Expositio illatæ injuriæ Regio Oratori, Corsicorum militum legionibus ipsius familiam adorientibus.*

225. *Continuatur expositio injuriæ prout extensa ad excellentissimam ipsius Oratoris Conjugem.*

226. *Quam injuriæ illatæ reparationem Rex offensus exigere possit.*

227. *Præscribitur reparatio ex leg. Si quis legatum. Dig. de legation.*

228. *Ratio reparationis faciendæ ibidem refertur.*

229. *Deditio ejus qui injuriam intulit, est frequentior pœna ipsamet etiam lege præscripta.*

230. *Cujus conditionis esse debeant injuriam inferentes, pendente deditionis admissione.*

231. *Variè sentientium in id Iurisconsultorum opiniones.*

232. *Præexecutio legitimæ reparationis in Cardinale Imperiali à Genuensibus popularibus habita.*

233. *Exemplum Hostilij Mancini à populo Romano Numantinis dedito, nec recepto.*

234. *Legato injuria dicitur illata, si & vxori, comitibus, & familiæ.*

235. *Probatur reparationem armis prosequendam, ex conclusionibus Regni ordinum Turonis conuocatorum anno 1510.*

236. *Nec in eo vel minimùm lædi deuotionem Sedi Apostolicæ exhiberi consuetam.*

237. *Quæ jura & officia conuenientes Reges Franciæ, & Hispaniarum, in vltimo pacis instrumento sibi reseruarunt prosequenda coram S. P. in fauorem Ducis Mutinensis.*

238. *Quæ & in fauorem Ducis Parmensis, similiter reseruarunt.*

239. *Probatur reparationem armis prosequendam, exemplo bellorum ea de causa à Francisco I. Carolo V. Imperatori commotorum.*

240. *Vt Franciscus I. propter injuriam Legatis illatam in arma prosiluit.*

241. *Quæ partes fuerint S. P. in injuria Legatis illata, vel saltem in bello ea de re suscepto.*

242. *Rex Christianissimus ne dum armis contendit contra S. P. sed & edictis.*

243. *Nec in vltione prosequenda negligenda defensio mutuata à libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ.*

244. *Expugnatio decreti Pontificij de residentia Cardinalium per Curiam Parisiensem, ex eo quòd libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ obstaret.*

245. *Item altera impugnatio decreti Inquisitionis sub specie decreti D. N. P. prodeuntis.*

246. *Vt & mandati publicationis Nuncij Apostolici eidem decreto subnexi.*

247. *Ea procedendi arte noui errores in thesi proposita immixti, statim expugnati.*

248. *Probatur non aliunde aptiùs impugnandam propositionem*, S. P. esse supra Ecclesiam.

249. *Damnata hæc propositio Concilio generali Constantiensi, & Basileensi, quæ libertatum Ecclesiæ Gallicanæ præcipuæ partes, contra sententiam Archiepiscopi Parisiensis in dissertatione de Concord Sacerd. & Imper.*

250. *Constans & vnica Theologorum Parisiensium sententia*, Concilium generale esse supra Papam, *aduersùs quam Critto Decretorum Professor disputans damnatus fuit.*

251. *Refertur condemnatio thesis in id à Crittone Decretorum Professore propositæ.*

252. *Probatur constantem Theologorum Parisiensium esse doctrinam.*

253. *Probatur contrariam opinionem hæreticam fore in Francia.*

254. *Constantia libertatum Ecclesiæ Gallicanæ irreuocabilis non aliunde probanda.*

255. *Quid libertates Ecclesiæ Gallicanæ ex Leone I. S. P.*

256. *Probatur item exGregorio Magno, Augustino Legato Anglorum rescribente.*

257. *Libertates Ecclesiæ Gallicanæ definiuntur.*

258. *Probatur ex libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ Concilio-*

rum generalium non modò vtilitas, sed & absoluta necessitas.

259. *Probatur primùm in expellendis schismatibus Conciliorum generalium necessitas, exemplo Auenionensis schismatis.*

260. *Ad extirpandas hæreses nullum præsentius, aut potentius remedium.*

261. *Interim tamen S. P. supremo judicio de consilio Fratrum potest statuere.*

262. *Illa decreta sunt tantùm prouisoria, & extemporanea, à fidelibus tamen interim seruanda.*

263. *Conciliorum generalium absoluta necessitas non deneganda.*

264. *Sententia Ioannis Gersonis de decretis S. P. in quæstione fidei.*

265. *Ejusdem sententia de decretis generalis Concilij.*

266. *Quibus non placeat Conciliorum generalium conuocatio, teste glossâ Pragmaticæ.*

267. *In id testimonium Roberti Gaguini in Carolo VII.*

268. *Declarationes sacræ Facultatis Theologiæ, de authoritate SS. PP.*

269. *Decretum Senatus Parisiensis declarationes Theologiæ, scriniis Curiæ inscribi jubens, & ad Bailliuos, Seneschallos & Academias deferri.*

1. ILLVD constat inter omnes, Reges Francorum, ab eo tempore quo Religionis Christianæ præceptis imbuti sunt, & sacri baptismatis fontibus, simul & cœlesti chrismate intincti; tum ex eo tempore Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ primogenitos filios, patronos & defensores Dei gratiâ effectos, ab eâ nunquam desciuisse, vel etiam schismaticis adhæsisse Pontificibus.

2. Imò sedandis & componendis Ecclesiæ scissuris semper institisse, & paci vniuersali Ecclesiæ reddendæ ita insudasse, vt sæpius reparando, & restituendo, imò etiam renouando Ecclesiæ Romanæ patrimonio, vel à Barbarorum Principum inuasionibus eximendo, adhor-

tantibus etiamnum ſummis Pontificibus, perſonale auxilium exhibuerint,

2. Tum ex quo Romanos Pontifices in Sedem Apoſtolicam euectos reſciuerant, per profeſſionem Fidei à nouis Pontificibus ſibi emiſſam, vt primogenitorum filiorum muneri & officio ſatisfacerent, iiſdem quamprimùm per Legatos & Oratores in id expreſsè demandatos, filialem obedientiam, tanquam vniuerſali & parenti Catholico præſtiterunt, vt ipſis perſonam, coronam, & familiam deuouerent, & Sedis Apoſtolicæ gratiis commendarent: *vt filij, non vt ſerui, vel clientes, nec cujuſuis beneficij clientelaris gratiam repenſuri.* [a]

[a] Gobelin. ſiue Pius II. in hiſtoria. *Obedientiam Regis Galliæ nomine præſtitit, filialem illam appellauit, vt ſeruilem excluderet.*

3. Nec enim Regnum Franciæ à quoquam jure feudi, vel beneficij, nec etiam à Sede Apoſtolicâ, ſed à ſolo Deo vniuerſali Domino, & Francici Imperij ſpeciali Patrono & Protectore dependet, vel ipſo teſtante Innocentio III. in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. apud Gregorium.

Cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi.

4. Et quamuis idem Pontifex Balduino, vel Henrico ejus fratri Conſtantinopolitano Imperatori, ſecundùm reſtitutionem inſcriptionis reſcribens, in cap. ſolitæ. de major. & obedientiâ. Imperium Sacerdotio ſubeſſe probare tentauerit, ſequiori comparatione & illatione habitâ Solis & Lunæ, vt ſpiritualem poteſtatem & juriſdictionem Soli conferret; temporalem verò Lunæ accommodaret.

Cap. ſolitæ. de maior. & obedient.

4. Dudum eas omnes collationes tanquam minùs conuenientes Senatus Pariſienſis improbauit decreto de die 25. Iunij anni 1626. contra Ioannem Iordanum in Anteceſſorem Aurelianenſem electum pronunciato, quo & ſimiles poſitiones ex d. cap. Solitæ. depromptas, & in theſi ab eodem Iordano diſputationi propoſitas condemnaujt, exſtat decretum in 2. volum. probat. Libert. Eccleſ. Gallic. cap. 37. art. 13.

Decretum Curiæ Pariſienſis de die 25. Iunij 1626.

2. vol. probat. libertat. Eccleſ. Gallic. cap. 37. art. 13.

5. Nec erat quòd Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Pariſienſis Petrus de Marca in diſſertatione de Concordiâ Sacerdotij & Imperij. lib. 2. cap. 1. art. 8. Innocentium

Diſſert. concord. Sacerd.

III.

III. à cæterorum Pontificum doctrinâ non desciuisse & Imper. lib. 2. cap. 1. art. 8.
assereret, in comparatione ducta à mutuis Solis & Lunæ officijs in d. cap. solitæ. eamque totis viribus defenderet, jocos etiam, quamquam in disputatione seria, interserens, *optandi potiùs*, vt ait, *dissidij inter Reges Francorum & Sedem Apostolicam, quàm concordiæ & vnionis, cum Lunà*, cui potestatem Regiam comparat, *in Solis coitu caliget, & in maximo recessu fulgeat orbe pleniori*.

6. Verùm enim post damnatas ab Augustissimo Senatu celebri decreto odiosas illas comparationes, iisdem vti non licuit, nec etiam qualicumque modificatione adhibitâ, vel deuia expositione functionis separatæ & distinctæ vtriusque Luminaris: cùm enim alterum, cui Regiam potestatem assimilat, nocti prælucere; alterum, cui spiritualem potestatem comparat, diei præfulgere contendat; non potuit ex damnatâ collatione nisi aliquid infœlicius in Regni dedecus inferri, quod Augustissimi Senatus indictæ censuræ subjaceret.

7. Sed enim hujus mutuæ, nec inuicem dependentis exhibitionis fidei, & deuotionis, plura apud nos exstant monumenta, tum ex parte Romanorum Pontificum, tum ex parte Regum Franciæ, & vt ex pluribus illud vnum seligam, patet Pelagium summum Pontificem Childeberto Francorum Regi Fidei suæ professionem emisisse, quæ extat apud Gratianum, in can. satagendum. 25. quæst. 1. quæ successoribus exemplo fuit; vt & obedientiæ filialis à Regibus Francorum Christianissimis summis Pontificibus exhibitæ plura prostant testimonia in collectione probationum libertatum Ecclesiæ Gallicanæ cap. 3. volum. 1. Can. Saragendum. 25. qu. 1. Vol. 1. probat libert. Eccles. Gallican. c. 3.

8. Namque illud ad articulum 2. ejusdem capitis prænotatur, Regni Gallicani ordines Turonis conuocatos anno 1483. regnante Carolo VIII. plurimùm conquestos, quòd Cardinalis Albiensis à Ludouico XI. Rege Orator obedientiæ ad Pium II. summum Pontificem demandatus, noua & inusitata hactenùs hæc ver- Not. ad articul. 2. eiusdem capitis.

ba protuliſſet, *Vtere deinceps in Regno noſtro poteſtate tuâ vt voles, atque illam exerce.*

9. Verùm enim illud eſt indubitati juris, & vſus apud nos conſtantiſſimi, ſummos Pontifices in hoc Regno, non modò vllâ in temporalibus poteſtate vti poſſe, ſed ne dum in ſpiritualibus abſoluta; & ex eo eſt quòd Reges noſtri, vt ſe non modò tuendo Regni patrimonio, ex ſolemni jurejurando ſub ipsâ inauguratione præſtito, ſed & Gallicanæ Eccleſiæ juribus illibatè cuſtodiendis aſtrictos profiterentur, *quantò majorem Sedi Apoſtolicæ deuotionem exhibuerunt; tantò firmiùs obſtitiſſe nouis & inſolitis Curiæ Romanæ inuectis vſibus, quibus aut juriſdictionem temporalem perturbare, aut Eccleſiaſticam & ordinariam præuertere tentauerunt*, ſiue in dijudicandis litibus Eccleſiaſticis, ſiue in Sacerdotiis & cœleſtibus militiis diſpenſandis.

Argumentum huius præfationis.

10. Illud namque patebit manifeſtiùs ex ſubjectâ ſerie Regum noſtrorum, & ex trinâ ſtirpe quam agnoſcimus eorum delectu, qui dum Sedi Apoſtolicæ deuotiores extiterunt, eo etiam pertinaciùs occurrerunt nouis vel Curiæ Romanæ, vel Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, & ambitioſis ordinationibus.

I. REGVM FRANCIÆ FAMILIA.

11. Nec in eo jure vel vſu apud nos, & in primâ, vel ſecundâ Regum noſtrorum propagine firmiùs ſtabiliendo plurimùm fuit inſudandum, iis enim temporibus ſummi Pontifices ſuâ ſorte contenti, non modò conſtitutos à ſanctis Patribus terminos non prætergrediebantur;

12. Sed & illud vtique Gregorij Magni in ore omnium erat, *Nam ſi vnicuique Epiſcopo juriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur, niſi vt per nos, per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri ille ordo debuit, confundatur*; quod refertur in can. peruenit. XI. quæſt. I. & quod ipſius ſancti Ludouici Pragmaticæ Sanctionis præcipuum fuit fundamentum, inſcriptum in art. I. ejuſdem Sanctionis, & ex eâ tranſumptum, vt alterius Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. Francorum Regis ſingulare fieret præſidium.

Can. peruenit XI. quæſt. I.

Pragmat. ſanction. S. Ludouici art. I.

13. His itaque temporibus, præcipuarum Ecclesiæ dignitatum electio canonica fieri consueuerat, à Metropolitanis vel Superioribus confirmanda, sed & cæterorum minorum Ecclesiæ Beneficiorum ordinaria collatio in vsu erat, à nemine præripienda, nec etiam à summis Pontificibus præuenienda, aut reseruanda, sed ne etiam Monasteriorum disciplina ab Episcoporum iurisdictione ordinariâ eximebatur.

14. Cùm itaque Reges nostri in obseruatione iuris communis securi, nihil sibi, vel Ecclesiæ Gallicanæ, ab Aulæ Romanæ Curialibus metuendum haberent, toti fuerunt in deuotione Romanis Pontificibus exhibenda.

15. Sic Clodouæus I. Francorum Rex Christianus, mox vt fidem Christianam amplexus est, non quidem Hormisdæ summo Pontifici, vt habet Hincmarus in vitâ sancti Remigij, & Cardinalis Baronius ab eodem delusus, vel alteri summo Pontifici, sed Beato Petro, coronam auream deuotionis suæ tesseram, suadente Beato Remigio Remensi Episcopo transmisit, quæ & hodie Regnum appellatur, *quo facto*, inquit Aimonius lib. I. de gestis Francorum. cap. 24. *patenter ostendit se Deo non fore ingratum, dum ad ipsius Apostoli sepulchrum insigne mitteret Regium, sciens se à Christo solio regni esse donatum:* Vnde probaret manifestiùs Francorum Imperium ne ab ipsis incunabilis quidem, vllum recognoscere superiorem præter Deum.

CLODOVAVS. I.

Aimon. lib. I. de gestis Francorum. cap. 24.

16. Sic Childebertus Clodouæi filius, de quo fertur cum Beato Germano acerrimam pugnam habuisse, quibus thesauros, tum Regios, tum Ecclesiæ, spargerent abundantiùs, Pelagio I. filialis obedientiæ testes litteras inscripsit, à quo vicissim fidei suæ professionem transmissam suscepit, de qua in dicto can. satagendum. 25. quæst. I.

CHILDEBERTVS.

Can Satagendum 25. qu. I.

17. Sic Dagobertus San-Dionisiani Templi fundator, prædecessorum vestigiis firmissimè insistens, pariter & Romanorum Pontificum obedientiæ, & filiali

DAGOBERTVS.

deuotioni adhæsit, quæ per continuam Regum primæ hujus stirpis familiæ successionem, ad secundam vsque familiam, quæ Pipinum & Carolum Magnum laudat auctores, transiit inconcussa.

18. Verùm enim quamuis prælaudatos Reges nostros Apostolicæ Sedi deuotissimos, necnon summos Pontifices mutuæ affectionis motibus huic Regum nostrorum familiæ pariter annexos agnoscamus; nec eò minùs Reges nostri Gallicanæ Ecclesiæ paci firmiùs stabiliendæ, assiduè inuigilantes fuerunt, quasi præscij, quid sibi, & successoribus, necnon totius Cleri Gallicani Præsulibus, ab aulæ Romanæ Curialium ambitione subortâ, sinistri euenire posset, quod hujus profundissimæ pacis tranquillitatem euerteret.

19. Nec enim à modo cessauerunt à sacris sanctionibus promulgandis, quibus Ecclesiasticorum Beneficiorum dispensationi, siue per viam Canonicæ electionis, vel ordinariæ collationis exequendæ, primæuum, & à Sanctis Patribus constitutum ordinem, inconcusè firmarent.

20. Et eâ de causâ quinque Concilia, & Gallicanæ Ecclesiæ Nationales Synodos Aureliis conuocari curauerunt, quarum priores duas temporibus Clodouæi primi congregatas habemus, & priori sanctum *Melonum* assidentem, tertiam temporibus Childeberti Regis, cæteras à successoribus conuocatas, necnon in eamdem causam Aruernense Concilium, Parisiense, & Cabilonense succedentibus temporibus celebrata legimus.

Aurel. Concil. 1. 2. 3. 4. & 5.

Concil. Aruern. Paris. & Cabilon.

21. Nec erit à proposito nostro alienum, Nationalium Synodorum hîc præcipuas in id sanctiones subnectere: legitur enim in can. 7. Aurelian. Concilij 2. in ordinandis Metropolitanis & Episcopis antiquam institutionis formam renouatam, quæ per incuriam neglecta fuerat, *vt Metropolitanus, & Episcopus, à comprouincialibus Clericis, & populis, congregatis in vnum comprouincialibus Episcopis, ordinetur*; quod in posterioribus omnibus hujus sæculi Synodis repetitum habemus.

Concil. Aurelian. 2. can. 7.

22. Et verò circa minorum beneficiorum dispositionem, in Concilio Aurelianensi primo sic statutum habetur : *vt omnes Basilicæ quæ per diuersa loca constructæ sunt, secundùm priorum Canonum regulam, in ejus Episcopi, in cujus positæ sunt territorio, potestate consistant.* Quod repetitur in can. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7.

Concil. Aurelian. 1.

Can. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7.

23. Sed & in eodem Concilio Aurelianensi 1. can. 21. & in altero Arelatensi illud decretum laudatur, *Monasteria, vel Monachorum disciplina ad eum pertineant Episcopum, in cujus territorio sunt constituta*: quod & similiter in can. Monasteria. 18. quæst. 2.

Concil. Aurelian. 1. can. 21.

Can. Monasteria 18. qu. 2.

24. Et in his tribus sacrarum Sanctionum articulis, Beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio, vel regularis disciplinæ executio canonicè peragenda consistit, & ab omnium reseruationum, vel quarumlibet gratiarum expectatiuarum, imò etiam exemptionum Apostolicarum, quæ postea antiquum Ecclesiæ ordinem euerterunt, damnando vsu eximitur.

25. Nunc igitur transeamus ad secundam Regum nostrorum familiam, quæ Carolinorum dicitur, ex eo quòd à Carolo Martello, Caroli verè Magni auo originem sumpserit; ea tota fuit ab initio, & in primis huius familiæ fundatoribus, non modò in exhibendis Sedi Apostolicæ deuotionis suæ arris, sed etiam in auxiliari manu præstandâ.

II. REGVM FRANCIÆ FAMILIA.

26. Tum verò vt Romanam vrbem, & vicinas regiones à Longobardorum Regibus occupatas, sed & summos Pontifices duriori seruituti mancipatos & tyrannidi, pristinæ libertati redderent, vt ditiones à Tyrannis recuperatas, non solùm Romanæ Ecclesiæ consecrarent, sed & donationi mox tantùm peractæ, & à Ludouico Pio confirmatæ, de quâ exstat can. Ego Ludouicus. distinct. 63. plures alias ditiones de nouo conquisitas liberalitati suæ adderent.

Can. Ego Ludouicus. distinct. 63.

27. Facessat igitur ementita illa donatio Constantini, quæ nullum aliud firmius fundamentum agnoscit, quàm suppositiciam & ementitam paleam, Constantinus.

Can. Constantinus. distinct. 96.

distinct. 96. quæque exploditur, tum per instrumentum donationis Ludouici Pij suprà relatum, in d. can. Ego Ludouicus. & pleniùs, tum apud Blondum, & apud Volateranum, tum etiam per supplices epistolas summorum Pontificum ad Reges Francorum, Carolum Martellum, Pipinum, & Carolum Magnum, quas in vnum volumen collectas habemus studio Iacobi Gretseri.

Blond. Volateran.

Iacob Gretseri collect. epist. quas Roman. Pontif. ad Reg. Franc. scripſ.

28. His nempe summi Pontifices, accepti à Regibus nostris beneficij memores, prædicant vbique Regiarum donationum munificentiam, necnon eisdem gratias rependunt vberrimas, non solùm pro redintegratione sacri patrimonij ab iisdem procurata, sed etiam pro limitum ejusdem extentione, & nouarum ditionum adjectione.

29. Sed & illud obseruandum in hac Regiæ defensionis à summis Pontificibus identidem factâ expostulatione, eo nempe consilio habitam, quòd ipsismet summis Pontificibus, ne dum etiam pro tutela & defensione Sedis Apostolicæ, vel sacri patrimonij inuasione arcenda, armorum suscipiendorum, vel belli inferendi jus nequidem competeret, solis Regibus, & Principibus sæcularibus reseruatum, quod anteriores summi Pontifices pluribus epistolis in decretum Gratiani inscriptis palam attestati sunt.

Gregor. Mag. lib. 7. epist. 1. in can. si in mortem. 23. quæst. 8.

30. Et præcipuè Gregorius ille Magnus epistolâ 1. lib. 7. ad Sabinianum. quæ habetur in can. si in mortem. 23. quæst. 8. vbi vir ille magnus & potentissimus ait, *Si in mortem Longobardorum me miscere voluissem; hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Ducem haberet; sed quia Deum timeo, in mortem cujuslibet hominis me miscere reformido.*

Leon. 4. epist.

31. Tum etam *Leo IV. summus Pontifex, monitus de aduentu furtiuo Saracenorum, cùm Romam egressus, ad proxima maris littora se contulisset, vt aduenientes propulsaret,* quod fœliciter executus est, *ne jurisdictionis temporalis, soli Romano Imperatori competentis, vsum sibi adscribere*

diceretur, statim Ludouico II. Imperatori, in id nuncium transmisit: epistola quæ exstat in can. igitur. 23. quæst. 8. *quâ susceptæ defensionis intempestiuæ rationem redderet*, vt monuit Apostillator ad eumdem can. item & Guid. Conchil. in memorialibus reformat. stat. Eccles. pag. 167.

Can. igitur. 23. quæst. 8.

Apostillat. ad eumdem can.

Guid Conchil. in memorial. reform. stat. Eccles. pag. 167.

32. Nec tamen intereà Reges nostri, quantumuis Sedi Apostolicæ deuotissimi, nihilominùs etiam disciplinæ Ecclesiasticæ, in Beneficiorum dispensatione seruandæ custodes vigilantissimi, destiterunt à nouis legibus sanciendis, quibus præfixum sacris canonibus ordinem firmiùs stabilirent, solemni etiam in id renunciatione habitâ, concessionis Apostolicæ Carolo Magno à seruatis Pontificibus illatæ, juris & facultatis majorum Ecclesiæ dignitatum arbitrio suo conferendarum, à Ludouico Pio, Caroli Magni filio, de quâ in d. can. Ego Ludouicus. distinct. 63.

d. Can. Ego Ludouicus. distinct. 63.

33. Namque fertur Carolum Magnum in id Pragmaticam Sanctionem edidisse, quamuis ejusdem capitularia, vt & Ludouici Pij ejusdem filij, & Caroli Calui nepotis, ad status Regni & Imperij inscripta, plures contineant articulos, quibus majorum Ecclesiæ dignitatum, electionis canonicæ suffragio conferendarum, forma præscribitur; minorum beneficiorum per Episcopos diœceseon Gallicarum ordinarios collatores concedendorum, antiqua ratio firmatur, necnon Monasteriorum, & quarumlibet Regularium Congregationum, extra Regulæ obseruationem, ordinariæ jurisdictioni submittitur, cujusmodi sanctiones in Corpus Canonicum transcriptas habemus.

Capitul. Caroli Magni, Ludouici Pij, & Caroli Calui Imperat.

34. Sed & posteriores hujus secundæ Regum nostrorum stirpis & familiæ Principes, luculentum nobis in suo regimine ministrant exemplum, propositæ à nobis regulæ, & totius præfationis nostræ argumenti comprobandi, *eam esse connexionem, & sequelam, inter deuotionem sedi Apostolicæ à Regibus nostris exhiberi solitam, & quotidianam disciplinæ Ecclesiasticæ obseruationem ab illis inductam, vt quà recesserint ab exactiori beneficiorum Eccle-*

Argumentum huius præfationis.

ſiaſticorum ſecundùm antiquos Canones diſpenſandorum vſu & conſuetudine, pari gradu à deuotione ſummis Pontificibus exhibenda abſceſſerint.

POSTERIORES II. STIRPIS REGES.

35. Verùm enim cùm vlteriores ſecundæ ſtirpis Reges, dignitates Eccleſiaſticas, tanquam profanas ditiones militibus & Proceribus Aulicis, nullo Clericalis tonſuræ caractere inſignitis adſcriberent, qui & à ſacris Abbatiarum titulis ſæpius *Abbi comites* appellarentur, ſenſim deſciuerunt ab auitâ Caroli Magni virtute, vt non tantùm Imperio Germanorum ceciderint, in aliam familiam tranſlato, ſed & tandem regno Franciæ exuti, magnificæ & Auguſtæ Capetiorum Familiæ in regni ſolium promouendæ locum fecerunt, vt habet Ioann. Fileſac. in querela Eccleſ. Gall. de ſacrileg. laïco.

Ioan Fileſac. in querel. Eccleſ. Gall. de ſacrileg. laïco.

36. Sed enim hæc familia vt ſummam ſedi Apoſtolicæ deuotionem ſemper exhibuit, ita Canonicæ Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpenſationi cuſtodiendæ aſſiduè inuigilauit, tum etiam Eccleſiæ Gallicanæ, & regni juribus illibatè ſeruandis, ſedulam operam adhibuit, quæ profectò eidem æternam fœlicitatem promeruerunt.

3. REGVM FRANCIÆ FAMILIA.

37. Tandem igitur deuenimus ad ſtrenuam illam, & ſuperilluſtrem Capetiorum familiam, quæ diſparibus, & inuerſis gradibus ad ſupremam regni ſedem euecta eſt, & alienis omnino ab his, quibus vltimi Carolinorum ab ea dejecti ſunt.

ROBERTVS REX FRANCIÆ.

Paul. Æmil. lib. 5. de geſt. Franc.

HENRICVS I. FRANCORVM REX.

38. Namque Robertus Hugonis Capeti filius, qui & *deuoti* & ſancti nomen meruit, ipſo teſte Paulo Æmilio lib. 5. de geſtis Francorum. *Cùm cœnobiorum opes profanis proceribus attributas in Francia doleret, eum morem ſoluit, & Henricus ejuſdem filius, paternæ ſanctitatis ea in re fuit æmulus.*

39. Reſtituta igitur dignitatum Eccleſiaſticarum canonica electione, & minorum beneficiorum ordinaria collatione, id vnum ſtudioſiùs egerunt, ne inueſtiturarum, quas Germani Imperatores ſibi vſurpauerant, ſerpens venenum, ſacris electionibus, & ordinarijs collationibus mortiferum, ipſum Galliæ regnum inficeret.

40. Nec

40. Nec enim cum Illustrissimo Parisiensi Archiepiscopo Petro de Marca in dissertatione de Concordia Sacerdotij & Imperij. lib. 8. cap. 17. art. 4. consentire velim, nec eius sententiæ accedere, qua Regaliam cum inuestituris, Claromontana Synodo & Remensi temperatis, coincidere contendit, imo eamdem esse cum ipsismet inuestituris: nec enim ex damnatæ Henricianæ hæresis fœtu, legitimum, & generalibus Synodis Lugdunensi & Basileensi approbatum Regaliæ partum, prodire potuisse annuerim.

Dissert. de Concord. Sacerd. & Imper. lib. 8. cap. 17. art. 4.

41. Cum Itaque Romani Pontifices, à Gregorio VII. subsequentes, Henricos 4. & 5. Imperatores Germaniæ, ob inuestituras prælaturarum sibi adscriptas; tanquam libertatis Ecclesiasticæ, & Romanæ Ecclesiæ infensissimos hostes insectarentur, non modò fugientes à facie Imperatorum, procacia arma in eos conuertentium, in regnum suum receperunt, eisque honorificè occurrerunt, sed & clerum Gallicanum conuocari curarunt, vt præsidibus summis Pontificibus, in contumaces Imperatores anathematis sententia pronunciaretur, imo etiam in eos bella mouerunt, vt ad satisfactionem sedi Apostolicæ quantocius exhibendam adigerent, vt habent compilatores prob. libert. Eccles. Gallic. cap. 1. art. 4. in quo plura alia non contemnenda subnotarunt.

Compil. probat. libert. Eccles. Gall. cap. art. 4. & in not. ad eumdem art.

42. Porro ex eo vsu, & consuetudine in beneficiorum hujus regni dispensatione seruata, tum in majoribus dignitatibus & prælaturis per viam electionis canonicæ concedendis, tum in minoribus beneficijs per collationem ordinariam deferendis, nec non ex deuotione Regia sedi Apostolicæ vbique reddita, hujus obseruationis socia & comite non sejungenda; imo etiam ex attrita, & eneruata per varias Anathematis & excommunicationis prolatas sententias Germanorum Imperatorum authoritate, illud euenit, vt summi Pontifices non modò supremam in spiritualibus potestatem, sed etiam in temporalibus nouam & insolitam dominandi rationem, & authoritatem sibi adscripserint.

43. Namque in ſpiritualibus proceſſerunt per reſeruationes beneficiorum hactenus inauditas, vacaturorum beneficiorum gratias expectatiuas, & mandata de prouidendo, quæ & electionum canonicarum, & ordinariarum Collationum Conſuetam diſponendi rationem anteuertebant.

44. At verò in temporalibus per excogitatas nouas peccati coercendi rationes, & juramenti illibatè ſeruandi fictas coactiones, per quas non modò feudorum commiſſorum, & publicatorum jure ſuperioris dominij, cognitionem ſibi vindicabant.

45. Sed & cujuſcumque rei temporalis & profanæ in ſtipulationem juramento firmatam deductæ, juriſdictionem ſibi attrahebant, quarum quidem agendi rationum plura extant exempla in decretabilibus epiſtolis

Cap. nouit. de Iudicijs.

ſummorum Pontificum, & præcipuè in cap. nouit. de Iudicijs. apud Gregorium.

PHILIPPVS AVGVSTVS.

46. Huic igitur morbo in intima Regni viſcera irrumpenti, vt medelam ſalutarem afferret Philippus Auguſtus Adeodatus, Triumphans, & victor dictus, quàm primùm filialem obedientiam ſedi Apoſtolicæ præſtitit, & adhortante etiamnum ſummo Pontifice, ſeſe ad profectionem tranſmarinam, ſanctæ regionis recuperandæ gratia, cum Richardo Anglorum Rege præparaſſet, Eccleſiæ ſimul Gallicanæ paci & tranquillitati conſuluit.

Philippi Auguſti edictum anni 1220.

47. Itaque, vt eam ab inuaſione Iuriſdictionis ordinariæ eximeret, ſolemni edicto anni 1220. primùm illud ſtatuit, vt *ſi fortè contingeret ſedem Epiſcopalem, vel aliquam Abbatiam regalem vacare, Canonici, vel Monachi ad Reginam, cujus regimini regnum dimittebat, venirent, liberam eligendi poteſtatem petituri, quam ſine contradictione concederet.*

Rigord. in teſtam. Philippi Auguſti.

48. At verò cæteris Regiæ collationis beneficijs diſpenſandis eum ordinem ſtatuit, vt *ſi quæ tempore ſuſceptæ expeditionis vacarent, eadem Regina de conſilio fratris Bernardi conferret.* Hæc Rigordus in teſtamento Philippi Auguſti.

49. Sed & aliunde, cum pace inita inter eumdem Philippum Regem Franciæ, & Ioannem Angliæ Regem, Ioanni successionis jure Ducatus Aquitaniæ delatus fuisset, cujus tamen nec requisitus faceret homagium, & Philippus jure feudi manum Regiam injecisset, ipsoque Ioanne ob patratam cædem Arturij nepotis Parium Franciæ judicio damnato, ditiones quas tenebat in regno publicauit, & sacro coronæ dominio contulit.

50. Nec fuit quod Legatus Innocentij III. summi Pontificis toties reclamaret, & Ioannis partibus propensiùs adhærens, regnum interdicto subjiceret, à cujus sententia Philippus Augustus consilio Baronum Franciæ, prouocationis remedio, se, & regnum Gallicanum, nec etiam alias ex priuilegio Apostolico vllis subjiciendum censuris, subduxit, vt habet Apostillator ad cap. nouit. de Iudicijs. in themate.

Apostill. ad cap. nouit. de Iudicijs. in themate.

51. Hic tamen ille est deuotissimus Princeps, non modò Ecclesiæ obsequentissimus filius, sed & in quoslibet regni prælatos, imò & singulos clericos diuino obsequio mancipatos, tanto amoris ardore accensus, vt de eo referat Sanctus Ludouicus ejusdem nepos, in monitis ad Philippum filium, apud Nangium, & in additionibus Menardi ad Historiam Sancti Regis à Ionuillæj domino confectam.

Monita S. Ludouici ad Philippum filium apud Nangium & in addit. Menardi ad vitam S. Ludouici Ionuillæanam.

52. *Cum quidam de consiliarijs suis diceret ei, quòd multa damna paterentur ab Ecclesiasticis sibi illata, Iura ipsius vsurpando, plerosque verò mirari, quòd Rex eadem toleraret; Responderit vtique, se dictis faciliùs fidem adhibere, sed dum cogitaret quænam beneficia Deus sibi contulisset, exemplo suo lubentius omnes ad patientiam excitare velle, quàm inter se & Ecclesiam scandalum suscitare.*

53. Nouerat enim pijssimus Princeps, & deuotissimus Ecclesiæ filius, quid matri Ecclesiæ, quid communi fidelium parenti, quid sibi, & regno, cujus regimen à Deo susceperat, vtique deberet, nec latebat eum, non minùs Iurisdictionis Regiæ & temporalis sibi creditæ, rationem, soli licèt Deo reddendam, quam submissionis,

& obedientiæ, Ecclesiæ, vel generali, vel priuatæ hujus regni exhibendæ & debitæ, ejusque jura & munia minimè lædi, vel corrumpi, dum obstaret etiam pertinaciùs conatibus, quibus Iurisdictionis temporalis turbaretur, vel inuaderetur exercitium.

54. Namque & illud patebit manifestiùs in commininationibus & censuris Legati Apostolici, Regis Angliæ contumacię nimis fauentis, jure neglectis, quidquid in contrarium jactet ipsemet Innocentius III. in cap. nouit. de judiciis. vel ipso Cardinale Hostiensi familiari & domestico interprete, dicente ad illud cap. *Declarationes in eo habitas neutiquam turbandæ, vel vsurpandæ à summo Pontifice jurisdictionis temporalis, ipsi facto obstare*, vt adnotauit Apostillator ad d. cap. nouit. in textu. ibi *non putet aliquis quòd jurisdictionem Illustris Regis Francorum turbare aut minuere intendamus.*

Cardin. Hostiens. ad cap. nouit. de Iudicijs.

Apostillator ad textum cap. nouit. de Iudicijs.

LVDOVICVS IX FRANCORVM REX.

55. Nunc igitur in ordine proposito exequendo, succedunt tempora Ludouici IX. Francorum Regis, sanctorum catalogo à Bonifacio VIII. summo Pontifice adscripti, & per consequens ipsi Sedi Apostolicæ deuotissimi, nostræ Pragmaticæ Sanctionis authoris eximij.

56. Nec verò multum fatigabimur in ejus deuotione in Sedem Apostolicam euincendâ, nec etiam in probanda Regis vigilantissimi sedula diligentia, in tuendis Ecclesiæ Gallicanæ juribus, necnon Regni priuilegiis vbique custodiendis.

56. Hauserat quippe piissimus Princeps hanc regnandi artem, tum à Philippo Augusto auo, & Ludouico VIII. patre, tum à Blanchâ matre sanctissimis parentibus, in cujus executione totus fuit diuino obsequio mancipatus, in construendis & dotandis Monasteriis, & Hospitalibus pauperum alimoniæ sufficiendis, & in propagandâ Religione Catholicâ, & in partes transmarinas summi Pontificis Legatorum authoritate transmittendâ.

57. Nec tamen interea cessauit ab antiquiori ordine in Beneficiorum Ecclesiasticorum dispensatione huc vs-

que seruate, sacris Sanctionibus obfirmando, statim enim ab initio suscepti regiminis, anno scilicet 1228. Dominationis suæ 2. edictum promulgari curauit, quo dignitatum Ecclesiasticarum, per liberæ electionis suffragia conferendarum; & cæterorum minorum Beneficiorum, per collationes ordinarias dispensandorum, primæuum ordinem comprobauit.

Edictũ Sancti Ludouici anni 1228.

58. Item simoniæ pestiferum crimen à Regno Franciæ eliminari jussit; exactiones, & onera grauissima pecuniarum, per Curiam Romanam Ecclesiæ Gallicanæ imposita, leuari & colligi vetuit; libertates, franchisias, immunitates, prærogatiuas, jura & priuilegia, Ecclesiis, Monasteriis, & aliis Religiosis locis, per inclitæ memoriæ Francorum Reges indulta renouauit, & confirmauit; cujus edictum habemus inscriptum in collectione Constitutionum Regiarum, & in stilo Parlamenti.

Collectio Regiarum Constitut. Antonij Fontanonis, item stilus Parlamenti.

59. Sed & ibidem aliud habetur edictum ejusdem anni, & Legislatoris, vniuersis ciuibus Albigensibus & Diœcesanis inscriptum, quo libertates & immunitates Ecclesiasticas, quibus Ecclesia Gallicana vtebatur, in hisce partibus seruari jussit, his verbis, *vt Ecclesiæ, & Ecclesiastici viri in iisdem terris constituti, prædictis libertatibus & immunitatibus vtantur, quibus vtitur Ecclesia Gallicana, & eis plenè gaudeant.* refertur in collect. Reg. constit. Ant. Fontan. in appenda pag. 942.

Edictum Sancti Ludouici anni 1299. de libertate Ecclesiastica.

Collectio Regiarum constitut. Antonij Fontanonis in appendice pag. 942.

60. Nec verò sanctissimo Regi satis fuit, ordinarijs beneficiorum collationibus, & canonicis electionibus liberè exequendis, Constitutionis suæ robur addidisse, Regijs quippe collationibus & modum suum dixit, quem & ipse executioni mandauit, & dum pergeret in partes transmarinas, prioris crucis susceptioni satisfacturus, anno regnantis 1248. vices suas Reginæ matri demandauit, *vt dignitates, & beneficia vacantia conferret, fidelitates Episcoporum & Abbatum reciperet, & eis regalia restitueret, & eligendi licentiam daret capitulis, & conuentibus vice Regia*, litteris in id emissis, & signatis apud hospitale juxta Corbolium mense Iunio anno 1248. quæ

Litteræ Sancti Ludouici anno 1248. reginæ matri inscriptæ.

Vol. 1. prob. lib. Eccl. Gall. cap. 16 art. 15. Guil. Nang. in vita S. Ludouici. p. 445. in collectione Duchesnij to. 5

exstant in collectione probat. ad libertates Eccl. Gall. cap. 16. art. 15. volum. 1.

61. Licet autem conferendi modus in prædictis litteris non sit expressus, patet tamen ex vita Sancti Regis per Guillelmum Nangium composita pag. 445. in collectione Historiæ Franciæ Duchesniana tomo 5. vbi refert pijssimum Regem, ab expeditione Hierosolimitana reuersum, eam conferendi rationem obseruasse, *vt in beneficijs Ecclesiasticis dispensandis, quæ ad patronatum, siue donationem ipsius pertinebant, Deum præ oculis habens, electis & probatis personis ea quantùm poterat dispensaret.*

Idem Nangius.

62. Sed & *præcipuè in Ecclesijs Cathedralibus, vbi sede vacante, ratione Custodiæ regalium, ex consuetudine ad eum pertinebat collatio præbendarum, personis quas inquiri faciebat per Cancellarium Parisiensem & alios probos viros.*

Idem Nangius.

63. Verùm & illud addit ibdem: *Hanc autem consuetudinem obseruasse, quod nulli quantumcumque litterato aliquod beneficium Ecclesiasticum possidenti conferret aliud, nisi primo simpliciter renunciaret; nec beneficium non vacans concedebat, donec testimonium haberet vacationis.* Hæc Nangius.

Decretum facult. Theolog. Parisiens. anni 1238.

64. Sed & Regiæ constitutioni, vel potiùs antiquiori statuto ordini in collationibus beneficiorum fundationis Regiæ, concordans fuit tota Theologorum Parisiensium schola: namque congregatis generalibus facultis Theologicæ comitijs, in quibus assedisse credunt Sanctum *Thomam Aquinatem*, & Sanctum *Bonauenturam*, anno 1238. decretum fuit, *neminem Clericum sine peccato mortali posse duo beneficia possidere, quorum alterum sit ipsi ad victum & vestitum sufficiens.*

Pragmat. Sanctio S. Ludouici an. 1268. mense Martio.

65. Verùm & ipsemet Rex sanctissimus, dum secundam in partes transmarinas meditaretur profectionem, anno regnantis 1268. constitutionem primæuam de electionibus canonicis, & collationibus ordinarijs liberè faciendis, solemni decreto in formam Pragmaticæ Sanctionis promulgato, coram omnibus Regni conuocatis ordinibus, & ipsomet Legato summi Pontificis assi-

dente, confirmauit, mense Martio anno 1268.

66. Sed vt præscriptus ordo, in ipsis fundationis Regiæ beneficijs, ipso etiam Rege absente vacantibus, dispensandis, executioni mandaretur, litteras suas Stephano Episcopo Parisiensi inscripsit mense Martio anno 1269. quibus *plenam & liberam commisit potestatem conferendi, vel præsentandi ad beneficia patronatus, collationis, vel præsentationis Regiæ, tam ratione regalium, quàm alio quocumque modo vacantia, personis idoneis, nullum aliud beneficium Ecclesiasticum habentibus, de consilio discretorum Prioris fratrum Prædicatorum, & Gardiani fratrum Minorum Parisiensium, & Cancellarij Parisiensis Ecclesiæ*, litteræ inscriptæ sunt mense Martio anni 1269. & habentur in eadem collectione probationum libertat. Eccles. Gall. cap. 16. art. 20. vol. 1.

Litteræ Sancti Ludouici anno 1269. mense Martio Steph. Episcopo Parisiensi inscriptæ.

Vol. 1. prob. lib. Eccl. Gall. cap. 16 art. 20.

67. Verùm enim licet præscriptus ordo in beneficijs dispensandis, tum per Pragmaticam Sanctionem, tum per litteras Regias inductus, sanctitatem eximiam & deuotionem in sedem Apostolicam redoleat, cùm solis Sanctorum Patrum decretis innitatur; si tamen ipsum tempus inspiciamus, sub quo salutare illud decretum prodijt, dum Rex sanctissimus, nouo deuotionis ardore accensus, cruce denuò suscepta, ex mandato summi Pontificis, secundam sacræ regionis recuperandæ gratiâ profectionem meditaretur.

68. Sed etiam vt habent litteræ Regiæ Episcopo Parisiensi inscriptæ, *quod nos existentes in procinctu itineris nostri proficiscendi in subsidium terræ sanctæ*, non potuit Rex Christianissimus alio spiritu duci ac moueri in Sanctione Pragmatica promulganda, quàm eo quo totus erat in sancta profectione exequenda, sedi Apostolicæ deuotissimus filius, qui & æternam illi sanctitatis coronam promeruit.

Litteræ Regiæ Stephano Episcopo Parisiensi inscriptæ anno 1269. mense Martio.

69. Et ex eo est, quòd etsi alteri Pragmaticæ Sanctioni à Carolo VII. Francorum Rege editæ summi Pontifices bellum acerrimum indixerint, donec eam omnino expugnauerint, nulli tamen hanc nostram San-

ctionem impugnare ausi sunt, de qua conuenientiùs dici possit, quod aliàs de altera Pragmatica Sanctione Caroli VII. dictum est, quòd *qui impugnat Pragmaticam Sanctionem, generalium Conciliorum, & Sanctorum Patrum decreta euertit, quæ*, vt glossatoris Pragmaticæ verbis vtar, *quamdiu obseruata fuere, Ecclesia Dei fructus honoris & honestatis, fœlici vbertate produxit*; tit. de conclus. Eccles. Gallicanæ.in verbo Sanctionem.

Gloss. Pragm. Sanct. Caroli VII. de conclus. Eccles. Gall. in verbo Sanctionem.

70. Nec in his tantùm sacris Sanctionibus condendis, sanctissimus Rex Ludouicus fidem suam & deuotionem sedi Apostolicæ debitam, absque vllo majestatis Regiæ detrimento exhibuit, sed in pluribus alijs inter regnandum subortis occasionibus; vbique enim Iustitiam coluit, æque ac deuotionem & fidem: & ex pluribus alijs vnicum illud exemplum vbique celebrandum seligam, à fidelissimo teste & domestico Ionuillæi Domino relatum in Historia ejusdem Sancti Regis 1. parte.

Ionuill. in vita S. Ludouici parte 1.

71. Sed enim ibi refert *Prælatos Ecclesiæ Gallicanæ Parisiis congregatos coram Rege adfuisse, conquerentes turbatam Ecclesiæ Gallicanæ Iurisdictionem, ob neglectas à Laïcis excommunicationum Ecclesiasticarum censuras, à quibus innodati absolui & eximi respuebant, Regem exorantes, vt magistratibus Regijs illud mandaret, vt curarent damnatos, & censuris Ecclesiasticis submissos, absolutionis veniam quantocius, etiam per bonorum temporalium oppignerationem, expostulare.*

Ionuillæus ibidem.

Ie vy vne iournée que tous les Prelats de Frãce se trouuerent à Paris, pour parler au bõ S. Loys, & luy faire vne Requeste: Et quãd il le sceut, il se rendit au Palais, pour là les oir de ce qu'ils vouloient dire: & quand tous furent assemblez, ce fut l'Euesque Guy Dausseurre, qui fut fils de Monseigneur Guillaume de Melot, qui commença à dire au Roy, par le congié & cōmun assentement de tous les autres Prelats: Sire, sçaches que tous ces Prelats, qui cy sont en vostre presence, me font dire que vous laissez perdre toute la Chrestienté, & qu'elle se pert entre vos mains: Adonc le bon Roy se signe de la Croix, & dit; Euesque, or me dittes comment il se fait, & par quelle raison. Sire, fist l'Euesque, c'est pource qu'on ne tient plus compte des excommuniés; Car aujourd'huy vn homme aymeroit mieux mourir tout excommunié, que de se faire absoudre, & ne veut faire nully satisfaction à l'Eglise. Pourtant, Sire, ils vous requierent tous à vne voix, pour Dieu, & pource qu'ainsi le deuez faire, qu'il vous plaise commander à tous vos Baillifs, Preuosts, & autres administrateurs de Iustice; Que où il sera trouue aucun en vostre Royaume, qui aura esté an & iour continuellement excommunié, qu'ils le contraignent à se faire absoudre par la prinse de ses biens.

Et le Saint hõme répondit,

72. Namque ibidem Ionuillæus refert, *Sanctissimum Regem*

Regem illud, vnum respondisse, libenter illud magistratibus suis demandaturum, vt damnatos cogerent ad absolutionis veniam impetrandam, si quos Ecclesiæ injuriam inferentes probarent; quod cum Prælati subire recusarent, negantes damnationis causam Iurisdictioni temporali deferendam; pijssimus Princeps responsioni suæ exequendæ pertinaciùs institit; injustum fore existimans, illud totum Ecclesiasticæ Iurisdictioni submittere, quod comprobauit exemplo Comitis minoris Britanniæ, qui excommunicationi per Prælatos Britanniæ illatæ satisfacere recusauit, donec de censuræ justitia à summo Pontifice pronunciatum esset; reclamantibus quidem, sed tandem annuentibus Ecclesiæ Gallicanæ Prælatis.

que tres volontiers le commãderoit faire de ceux qu'on trouueroit estre torsonniers à l'Eglise, & à son presme, & l'Euesque dit, qu'il ne leur appartenoit à cõnoistre de leurs causes: Et à ce respondit le Roy, qu'il ne le feroit autrement; & disoit que ce seroit contre Dieu & raison, qu'il fist contraindre à soy faire absoudre ceux à qui les Clercs feroient tort, & qu'ils ne fussent oiz en leur bon droit: & de ce leur donna exemple du Conte de Bretaigne, qui par sept ans à plaideyé contre les Prelats de Bretaigne tout excommunié. & finablement a si bien conduite & menée sa cause, que Nostre S. Pere le Pape les a condampnez enuers iceluy Conte de Bretaigne. Parquoy disoit, que si dés la premiere année il eust voulu contraindre iceluy Conte de Bretaigne à soy faire absoudre, il luy eust conuenu laisser à iceux Prelats contre raison ce qu'ils luy demandoient outre son vouloir: & qu'en ce faisant il eust grandement messait enuers Dieu & enuers ledit Conte de Bretaigne. Apres lesquelles choses oüyes pour tous iceux Prelats, il leur suffisit de la bonne réponce du Roy: & oncques puis ne ouy parler, qu'il fust faict demande de telles choses.

73. Verùm & huic domestico exemplo, aliud non minùs celebre subijciam, ex Mathæo Paride in Historia Angliæ depromptum, relationis habitæ ab oratoribus Sancti Ludouici, & Regni Franciæ Baronum, tam ad Gregorij IX. Legatos, ipsius Federici Imperatoris condemnationem & proscriptionem habitam, & in deiecti locum ipsius Roberti Comitis Atrebatensis Sancti Regis fratris subelectionem, nunciantes, quam ad ipsum Imperatorem Federicum, cui relationis Pontificiæ nuncium patefacere habebant. Mathæus Paris in Historia Angliæ.

74. Tum enim ipsis Gregorij IX. oratoribus declararunt, se maximè demirari, *quonam spiritu, vel ausu temerario, Papa tantum Principem, quo nec major, nec par inter Christianos, Imperatoriæ dignitatis apice deturbare tentauerit*, ipsis amodo protestantes, summo Pontifici nequaquam authoritatem competere, Christianorum Prin- Responsf. oratorum Franciæ ad oratores Gregorij IX.

cipum à Regni aut Imperij solio deijciendorum, aut subditorum ab obsequio, & fidei juramento absoluendorum.

Respons. oratorum Franc. ad ipsum Fed. Imperat.

75. Tùm Federico Imperatori ex mandatis Regijs exposuerunt, sanctissimum Regem Pontificijs decretis assensum nequaquam præbere voluisse, *nec Gallos vlla ambitione pulsatos, cùm vtique crederent Dominum Regem Galliæ, quem linea Regij sanguinis prouexit ad sceptra Francorum regenda, excellentiorem esse quolibet Imperatore, quem sola electio prouehit voluntaria; denique sufficere Domino Comiti Roberto, Fratrem esse tanti Regis*, & his dictis cum dilectione & gratia Imperiali recessisse.

76. Sed & illis sacris Sanctionibus promulgandis, & in beneficiorum Ecclesiasticorum dispensatione seruandis, vt etiam in Iurisdictionis Ecclesiasticæ liberiori vsu cohibendo, per præcepta & mandata Regia, ipsismet Ecclesiæ Gallicanæ Prælatis Regiæ vocis oraculo intimata, occasionem dederunt, tum aulæ Romanæ Curialium his temporibus repetiti conatus, quibus libertatem electionum, & collationum ordinariarum euerterent, tum Prælatorum Ecclesiæ Gallicanæ noui vsus, vt censuris Ecclesiasticis vbique, & sine vllo discrimine pronunciatis terrorem incuterent, quod & postea materiam præstitit salutaribus Conciliorum generalium decretis, de excommunicatis non vitandis, vt & de interdictis non leuiter ponendis.

Expost. Senat. Paris. Ludou. II. exhibitæ pro defens. Pragm. Sanct. art. 40.

77. Et de priori sacræ legis, & Pragmaticæ nostræ Sanctionis condendæ occasione, sic Senatus Parisiensis amplissimus ordo testatus est, in solemni illa libertatis Ecclesiæ Gallicanæ aduersus Romanam aulam defensione Ludouico II. Francorum Regi oblata art. 40. sic enim prosequuntur: *Cùm tempore Sancti Ludouici conarentur Romani libertatem electionum infringere, & ijs malis, de quibus iam diximus, viam aperire, Is se Principem verè pium, Christianum, & Catholicum, custodem, & propugnatorem Ecclesiarum sibi commissarum præbuit; occurrit enim perniciosissimis conatibus, & consilijs Romanorum, & Eccle-*

Item, & pource qu'au temps de Monsieur Saint Louys, ceux de Rome commencerent à vouloir empescher les eslections &

ſtas in libertatem vindicauit. Hæc Senatus Pariſienſis.

donner cours au deſſuſdits inconueniens, Monſieur Saint Louys, comme Prince Catholique, zelateur de la Religion Chreſtienne, protecteur, gardien, & deſenſeur des libertez des Egliſes de ſon Royaume, & entre autres choſes, ordonna les eſlections auoir cours en ſon Royaume.

78. Sed illud gloſſator Pragmaticæ Sanctionis teſtatus eſt in tit. de election. cap. licèt in verbo reſeruationes. Vbi ait, *nec inuenies quod à principio Eccleſiæ, vſque ad tempora Beati Ludouici Francorum Regis, Romani Pontifices ſe de electionibus Prælaturarum intromiſerint: ſed quia tunc niſi ſunt electiones impedire, & onera pecuniaria beneficijs imponere, iterum decreuit electiones in ſuo regno fieri debere, exactationeſque ceſſare, quæ decreta inuiolabiliter obſeruari fecerunt Ludouicus Hutenus, & Ioannes, multique alij Francorum Reges.* Et hæc gloſſator.

Gloſſ. Pragm. Sanct. tit. de elect. cap. licèt in verb. reſeruationes.

89. Nec verò ſubſequentes Chriſtianiſſimi Francorum Reges, à Regia & auita in ſedem Apoſtolicam deuotione, nec etiam ab antiquiori Gallicanæ Eccleſiæ tuendæ, & à Romanorum Curialium ambitione ſeruandæ, verè Regio more defecerunt: tum enim Philippus Pulcher, Sancti Ludouici nepos, & auitæ deuotionis in ſedem Apoſtolicam, vt & defenſionis Eccleſiæ Gallicanæ ſucceſſor, non modò filialem obedientiam Honorio IV. Nicolao IV. & Cæleſtino V. ſummis Pontificibus præſtitit.

PHILIPPVS PVLCHER REX FRANCORVM.

81. Sed & ipſi Bonifacio VIII. in ſedem Apoſtolicam euecto deuotionem ſuam exhibuit, à quo & Ludouici IX. Francorum Regis aui Colendiſſimi Sancti nomine proclamationem meruit, & in Sanctorum Confeſſorum numerum & Catalogum adſcriptionem, in vniuerſali & Catholica Eccleſia recolendam conſequutus eſt, ipſomet Bonifacio ſummo Pontifice duabus orationibus publicis Sanctum Regem collaudante, quæ referuntur in collectione Ducheſniana poſt Nangium, & in addit. Menardi ad Hiſtoriam Ionuillæanam.

Bonifacij VIII. ſermones panegirici de S. Ludouico, in collectione Ducheſniana poſt Nangium & in addit. Menardi ad hiſtoriam Ionuillæanam.

81. Nec priùs deuotiſſimus Princeps à ſubmiſſione deflexit, quàm ipſe Bonifacius VIII. Regi Anglorum, & Comiti Flandriæ, Philippi infenſiſſimorum hoſtium,

injuſtis conatibus fauens, ipſi Philippo capitale odium indixiſſet, vt nouam & inſolitam in temporalibus dominandi rationem, hactenus in hoc regno Franciæ inauditam, ſibi adſcriberet, vel ipſis prædeceſſoribus ſummis Pontificibus, Innocentio III. & alijs vbique prædicantibus, *Regem Franciæ in temporalibus nullum recognoſcere ſuperiorem* in cap. per venerabilem. qui filij ſunt legitimi.

Cap. per venerabilem. qui filij ſunt legitimi.

82. Namque totius Regni conuocatis ordinibus, & illud etiam Regi ſuadentibus, ab injuſta in Regnum Franciæ interdicti prolata ſententia, ad futurum Concilium generale congregandum prouocauit, ipſique Bonifacio demortuo ſuccedens ſummus Pontifex Benedictus XI. non modò Regis Chriſtianiſſim exhibitam deuotionem per legatos in id à Rege demandatos ſuſcepit, & prædeceſſoris ſui in Regnum Franciæ, ipſumque Regem injuſtè prolatis decretis irritis nunciatis, à cenſuris, & interdicti generalis programmate abſoluit.

Benedict. XI. Regn. Franc. à cenſuris abſoluit.

83. Verùm & ipſe Clemens V. ex Archiepiſcopo Burdegalenſi factus ſummus Pontifex, illud idem executus eſt, reuocatis etiamnum Bonifacij VIII. duabus alijs extrauagantibus decretalibus; prima quæ incipit vnam ſanctam. Sub titulo de majorit. & obedient. in extrauag. commun. altera quæ incipit Clericis laïcos. de immun. Eccleſ. in 6. quarum prima in regna & ditiones temporales poteſtatem ſummo Pontifici adſcribebat, quæ diſſidij ſuborti inter Regem Chriſtianiſſimum, & Bonifacium vnica cauſa fuit.

Extrauagans vnam ſanctã. de maior. & obed. in communi.
Cap. Clericis laicos. de immun. Eccleſ. in 6.

84. Nunc auſpicandum à Philippo Valeſio, gentis Valeſiæ in Regni ſolium euectæ capite, & principe religioſiſſimo, ſed & Eccleſiaſticæ libertatis defenſore acerrimo, & Iuriſdictionis ſæcularis, & Eccleſiaſticæ componendarum æquiſſimo arbitro. De eius deuotione in ſedem Apoſtolicam dubitare non licet, cùm ipſemet adjuncto ſibi comite Ioanne primogenito filio Auenionem ſe contulerit, Benedicto XII. ſummo Pontifici

PHILIPPVS VALESIVS FRANCORVM REX.

Benedicto XII. perſonalem exhibet obedientiam.

obedientiam præstiturus filialem: quod vtique præstitit, summo Pontifice applaudente, & Regiæ deuotioni simul & filiali obedientiæ paternis visceribus annuente.

85. Sed & cùm juxta ordinem in conferendis beneficiis Ecclesiasticis, per Pragmaticam Sanctionem Sancti Ludouici statutum, & tunc inconcussè seruatum, nihil metuendum foret ab Aulæ Romanæ Curialium ambitione, præfixos fines non excedentium, noua intra regnum diuisio suborta est, Ecclesiæ Gallicanæ Prælatis temporalem, & Regiam jurisdictionem vbique inuadentibus.

86. Et de eo pejore vsu querelæ ad ipsummet Regem à Magistratibus sæcularibus, contra Prælatos Ecclesiasticos propositæ sunt, in consessu Regio, vtrisque partibus ab ipso Rege indicto in saltu Vincennarum, rationibus vtrinque expositis, à Domino Petro Cunerio, ex ordine equestri Consiliario, & Aduocato Regio, sæcularium & Regiorum Magistratuum causam defendente, Domino Bertrando, Hæduorum Episcopo, Prælatorum causam agente.

Consessus Regius in saltu Vincennarum Ecclesiasticæ & sæcularis jurisdictionis componendæ indictus.

87. Nec tamen, quidquid Ecclesiæ Gallicanæ Prælati in contrarium jactauerint, Dominus Bertrandus in disceptatione præualuit, quia rationes ejus fundatæ erant in nugis, & somniis suppositæ negligentiæ, & recusationis Iudicum sæcularium, quæ & diffusiùs explicat Innocentius III. in cap. licet. de foro compet. necnon etiam in leuioribus fautorum ipsius, vtramque jurisdictionem perturbantium, ratiunculis; vt annotauit Apostillator ad extrauag. vnam sanctam. de major. & obedient. in commun. in addit. ad gloss. verbi porrò subesse.

Innocent. III. in cap. licet. de foro compet.

Apostill. ad extrauag. vnã sanctam. de major. & obedient. in commun. in addit. ad gloss. verbi porrò subesse.

88. Namque illud constat, omnem jurisdictionem, vel etiam Ecclesiasticam primitùs apud Pricipes sæculares fuisse, vel ipso teste Apostolo Epistolâ ad Romanos cap. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit:* & Diuo Petro Epistol. 1. cap. 2. *Subditi estote omni creaturæ, siue Regi quasi præcellenti, siue Ducibus ab eo missis;*

Paul. epist. ad Rom. cap. 13. Petr. epist. 1. cap. 2.

vt notat Apostillator ad gloss. can. Presbyteri. 5. quæst. 6. in verbo Presbyteri. ibi. sed hîc instruit.

Apostill. ad can. presbyteri. 5. quæst. 6. in verbo Presbyteri. ibi sed hîc instruit.

89. Attamen jurisdictionis Ecclesiasticæ exercitium Principes sæculares ipsis Prælatis crediderunt, alienâ tamen operâ exequendum, ne à regimine animarum, quæ ars artium dicitur præcipua, auertantur, cùm nec etiam jurisdictionis temporalis, Ecclesiasticis ratione feudorum, vel patrimonij competentis, ipsimet Ecclesiastici vices sustinere possint, iisdem Regni Gallicani constitutionibus exercitium interdicentibus, vt notat idem Apostillator ad cap. Episcopus. in textu ibi jurisdictionem obtinens temporalem. ne Clerici vel Monachi. in 6.

Apostill. ad cap. episcopus. in textu ibi jurisdictionem obtinens temporalem. ne Clerici vel Monachi. in 6.

90. Et quamquam Rex Christianissimus, dissidio inter se, & Edoardum Anglorum Regem, curis angustioribus abductus, contentioni, propter jurisdictionum turbatum ordinem, excitatæ, finem imponere minimè potuerit, sed eam in aliam sessionem remiserit, monitionibus interim ad ipsos Prælatos habitis, vt reformandæ Ecclesiæ ipsimet seriò studentes, laïcorum conquerentium os occluderent.

91. Non cessarunt tamen Prælati abscedentes à consessu Regio, & interim dimissi, lauream à se reportatam prædicare, vel etiam ante pugnam commissam, ipsique Regi Philippo, quamuis solam dilationem terminandæ contentioni indixisset, titulos inscripserunt, *fortunati, Catholici, Ecclesiæ defensoris*, quos aliunde, & meritò consequutus fuerat.

92. Sed & fictæ victoriæ fiduciâ innixi, non abstiterunt ab ipsomet Petro Cunerio, viro alioquin illustri, & de Republica Gallicana optimè merito, in hæreticorum catalogum inscribendo, & in derisionem, ipsius imaginem majoris Ecclesiæ Parisiensis parietibus interioribus, in formam & figuram *Marmoseti*, vt aiunt, insculpserunt. Cujus tamen memoria, frendentibus licèt inuidis, in perpetuo honore apud bonos & probos remanebit, vt monuit eruditissimus Collector dia-

Dialog. Aduocatorum in Petro Cunierio. & in remissionibus ibidem relatis.

logi Aduocatorum, in Petro Cunierio. & in remissionibus.

93. Hujus enim contentionis, quamuis intermissæ, is effectus fuit, vt via appellationibus tanquam ab abusu deinceps patuerit, & jurisdictionis Ecclesiasticæ liberior, progressus cohibitus fuerit, vel ipsismet Ecclesiasticis, præ pudore, modum & rationem adhibentibus, vt habetur ibidem in dialogo Aduocatorum, & in obseruationibus Gallicis Pasquierij, lib. 3. cap. 27.

Dialog. Aduocatorum ibidẽ. item obseruat. Gallic. Pasquerij. lib. 3. cap. 27.

94. Necnon ipsemet Rex pacificus, licèt à generali reformatione interim abstinere maluerit, non cessauit tamen in priuatis negotijs, & querelis occurrentibus, salutarem manum addere; quod vtique Rex Catholicus, & vtriusque jurisdictionis parens, & moderator æquissimus executus est, in gratiam ciuium Ambianensium, quos Officialis Ambianensis, adulterij accusationi responsuros coram se aduocabat, in necem jurisdictionis Regiæ & sæcularis, cui soli in eo crimine inquirendo submitti debebant.

95. Quippe inhibuit Princeps æquissimus ipsi Officiali, vllam ampliùs jurisdictionem aduersus laïcos vxoratos, in tali crimine vlciscendo exercere, etiam per bonorum temporalium oppignerationem, solemni decreto prolato die decimâ Iunij anni 1336. quod hujus erat ex articulis querelæ ab ipso Petro Cunierio coram Rege propositæ, *quod dicti Officiales*, aiebat ille, *faciunt citari aliquem bonum hominem conjugatum, & imponunt ei quòd adulteratus est, & similiter mulierem aliquam*; & est articulus 39. vt habetur ex actis disputationis relatis post additiones probi ad tractatum de regaliis.

Edict. Philippi Valesij 10. Iulij anni 1336. contra Officialem Ambianensem. Petrus Cunierius in articulis disputationis laïcorum contra prælatos. art. 39. post additiones probi ad Rufei tractatum de regal.

96. Nec erit incongruum hìc subdere, quod regnantibus tribus subsequentibus Regibus Franciæ, Carolis V. VI. & VII. contigit, quo deuotionem Sedi Apostolicæ præstarent, simul & Ecclesiam Gallicanam in pristinam libertatem vindicarent; Carolus nempe V. cui Sapientis nomen inditum est, non modò Ioanni Regi Franciæ patri colendissimo apud Anglos captiuo pie-

CAROLVS V. SAPIENS DICTVS, FRANCORVM REX.

tatem exhibuit non intermissam, sed & matri Ecclesiæ, ejusque Principi deuotionem præstitit singularem.

97. His enim temporibus cùm inter summos Pontifices Romanos, & Auenionenses, Vrbanum VI. & Clementem VII. dissidium, summo Ecclesiæ damno subortum esset, non destitit sapientissimus, juxta & religiosissimus Princeps, dissidij causas inquirere, & vtriusque electionis formam perscrutari, vt alterutri contendentium obedientiam præstaret filialem; nec priùs Clementi VII. Auenionensi adhæsit, quàm Vrbani electionem vis & metus popularis oppressione extortam, ab ipsismet electoribus Cardinalibus resciuisset, vt habetur in historiâ schismatis Auenionensis Puteanorum fratrum, pag. 204.

Historia schismatis Auenionensis. pag. 204.

98. Sed & cùm dissidentibus inter se summis Pontificibus, Ecclesiæ vniuersalis statu turbato, in intima ipsiusmet Ecclesiæ Gallicanæ viscera, serpens dissidij venenum percurrisset, Clemente VII. vt inedia laboranti Curiæ subsidium quæreret, reseruationum Apostolicarum, & gratiarum expectatiuarum liberiorem vsum, in necem Collatorum ordinariorum, necnon Academiarum Regni Candidatorum oppressionem, inducente, vt Curialibus suis faueret abundantiùs, & pejoris Curiæ vicinioris exemplo permoti Ecclesiæ Gallicanæ Prælati, non cessarent à jurisdictione Regiâ & temporali continuò inuadendâ, adeo vt denuò Philippi Valesij temporibus subortæ querelæ excitari debuerint.

99. Tandem Rex sapientissimus, vt antiquiorem & primæuum ordinem Ecclesiæ Gallicanæ redderet, & jurisdictionem Regiam ab Ecclesiasticorum Prælatorum inuasione seruaret incolumem, ingeniosissimum illum dialogum, qui somnium Viridarij inscribitur, à fidelissimo Cancellario Dormantio componi jussit, in quo copiosiùs habentur vtrinque expositæ rationes, quibus vtriusque jurisdictionis inter se dissidentis jurgium terminari debeat, quod & solemni edicto anni 1371. 8. die Martij in Senatu Parisiensi probato confirmauit.

Dialog. jurisd. Eccles. & temporalis, qui somnium Viridarij dicitur.

Edictum Caroli V. anni 1371.

100. Sed

100. Sed & ipse Carolus VI. sapientis filius, quamuis alienæ mentis vitio interdum laborauerit, tamen inter dilucida sanioris mentis interualla, non cessauit diutiùs vexatæ Ecclesiæ saluti & quieti consulere: cùm enim dissidium inter Clementem VII. & Vrbanum VI. & successiuè inter Bonifacium IX. & Benedictum XIII. & subsequentes Pontifices, ingrauescere sentiret, non destitit piissimus Princeps ab assiduis studiis & curis insumendis, vt contentioni vlteriùs grassanti finem imponeret.

CAROLVS VI. FRANCORVM REX.

101. Verùm enim, vt illud faciliùs exequeretur, ipsemet Auenionem se contulit, Clementem VII. inuisurus, & de pace Ecclesiæ restituendâ tractaturus, quod equidem tentamen Regium cùm fœlicem alioquin euentum sortiri non potuisset, in locum demortui Clementis subintrante Benedicto XIII. vt in locum Vrbani, Bonifacio IX. necnon in locum Bonifacij, Innocentio VII. Gregorio. XII. Alexandro VI. & Ioanne XXIII. sibi inuicem succedentibus.

Carolus VI. Clementi VII. Auenionensi personalem exhibet obedientiam.

102. Tunc conuocatis totius Regni ordinibus, & Parisiis congregatis, necnon colloquio cum Academiæ Parisiensis Magistris & Professoribus præhabito, de modis vtilioribus & conuenientioribus sedandi schismatis, cessionis vtriusque contendentis via, & ex tempore exequenda, tanquam conuenientior subelecta est.

Historia schismatis inter Auenionenses & Romanos pontifices.

103. Et verò in eam causam Nuncios suos & Oratores, accitis etiam Academiæ Pariensis Doctoribus, vtrique Pontifici, Auenionensi, & Romano demandauit, vt de modis pacis ineundæ cum eisdem conuenirent, ac tandem propositum cessionis ab vtroque habendæ viam patefacerent.

Histor. schismatis inter Auenionenses & Romanos Pontifices.

104. Sed & cùm cessionis subeundæ rationi ipsimet Pontifices respectiuè adigi non potuissent, tandem cessionis modo proposito, Concilij generalis conuocatione adjunctâ, prouocantibus potissimùm Sigismundo Imperatore, & Carolo Franciæ Rege, congregatis primùm Concilij generalis Patribus Pisis, deinde Con-

Constantiensi Concilio pax vniuersali Ecclesiæ reddita.

ſtantiæ inferioris Germaniæ, ceſſione Pontificatus à Gregorio XII. habitâ, primùm approbatâ, deinde Ioannis XXIII. & Benedicti depoſitione in generali Concilio, interueniente judiciarij proceſſus ordine facta, vnico Martino V. ſummo Pontifice ſuffecto, tandem pax vniuerſali Eccleſiæ reddita eſt.

105. Nec in eo tantùm piiſſimus Princeps inuigilauit, vt Eccleſiæ vniuerſali turbatæ pacem & quietem redderet, ſed etiam vt ipſam Eccleſiam Gallicanam ab omnibus exactionum oneribus, quas ſummi Pontifices inferre ſolebant, & percipere in Regno Franciæ, ſeruaret incolumem.

106. Sed enim cùm Benedictus XIII. Auenioni reſidens Pontifex, cui & ipſe Rex Franciæ, & populares obedientiam præſtabant, præfixum per Pragmaticam Sanctionem ſancti Ludouici in conferendis Beneficiis Eccleſiaſticis ordinem, reſeruationibus Apoſtolicis, gratiis expectatiuis, & mandatis de prouidendo, præuerteret.

107. Sed & multiplicia exactionum onera induceret, veluti defunctorum ſpolia auferendo, Prælaturarum & Beneficiorum vacantias extorquendo, præteritorum temporum arreragia exigendo, Beneficiorum primam annatam expetendo, tandem religioſiſſimus Princeps vtrique morbo medelam afferre ſtuduit ſalutarem.

Edictum Caroli VI. anni 1406. 18. Februarij.

108. Namque ſolemni edicto diei 18. Februarij anni 1406. ſancito, & in Senatu Pariſienſi probato, ſancti Ludouici Pragmaticæ Sanctionis vſum reduxit, ſtatuendo vt Regni Prælaturæ, Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, necnon Abbatiæ, & Monaſteria, per canonicæ electionis modum diſpenſarentur, & cætera Regni Beneficia à Collatoribus ordinariis conferrentur, omnibus reſeruationibus Apoſtolicis, gratiis expectatiuis, & mandatis de prouidendo longè ſemotis.

Decretum Senatus Pariſ. de die 11. Septembris 1406.

109. Sed & altero non minùs celebri Senatus Pariſienſis decreto, prolato die 11. Septembris anni 1406. inhibuit Rex piiſſimus ne deinceps Benedictus XIII.

vel ejus Officiarij, exactiones hujusmodi primarum annatarum, vel vacantiarum, procurationum, vel arreragiorum, cæterorumque quorumlibet impositorum onerum perceptiones repeterent, Collectores & subcollectores compescendo, & à Regni finibus eliminando, cujus decreta generalibus Constantiensi, & Basileensi Concilijs & Oecumenicis Synodis confirmata sunt.

Concilij Constatiensis & Basileensis decreta.

110. Quid tandem nobis deesse poterit prædicandum de Carolo VII. Francorum Rege, qui Victoris & triumphantis nomen jure optimo meruit, tum ex eo quòd Regno, simul & Ecclesiæ Gallicanæ pace redditâ, vbique victor extitit, hîc non tardiori animo, nec curâ indiligentiori, Sedi Apostolicæ obedientiam præstitit filialem, quàm Gallicanæ Ecclesiæ saluti consuluit.

CAROLVS VII FRANC. REX.

111. Sed enim cùm sedando schismati Caroli VI. patris colendissimi temporibus ingrauescenti, paternas vices morbo quandoque intermissas implens, tantam adhibuisset diligentiam, vt Christianum orbem, in vnici Martini V. summi Pontificis, tribus alteris, vel cedentibus, vel depositis, in Concilio generali Constantiensi suffecti, obsequium reduceret, & Gallicanam Ecclesiam, in dispensandis Beneficiis Ecclesiasticis juris communis dispositioni, paternâ constitutione anni 1406. firmatæ submisisset, in locum demortui Martini V. Eugenio IV. subintrante, noua dissidij occasio suborta est, quæ Ecclesiæ vniuersalis pacem, nondum satis obfirmatam, turbaret.

112. Namque generali Basileensi Synodo tunc congregata, generali priùs Constantiensi Concilio, necnon demortuo Martino V. dum sederet indicentibus, Ecclesiæ vniuersali, tam in capite, quàm in membris, reformandæ sedulò inuigilante, Eugenius IV. imminentis reformationis impatiens Concilium dissoluere tentauit, altero Ferrariæ, Græcorum in Ecclesiæ Romanæ obsequium reducendorum prætextu, indicto.

Historia schismatis inter Eugenium IV. & Fœlicem V. Puteanorum fratrum.

113. Sed illud vtique generalis Synodi Basileensis Pa-

tribus conuocatis non placuit, vnde post multiplices summo Pontifici de mandato Concilij generalis monitiones habitas, & vt Synodo adesset reiteratas citationes, tandem non comparentem, tanquam contumacem deturbarunt, subelecto Amedæo olim Sabaudiæ Duce, qui Fœlicis nomen vindicauit.

114. Nec tamen in eâ generali Synodo congregati Patres vniuersali Ecclesiæ sufficiendo capiti tantùm inuigilarunt, sed & plura decreta reformandæ Ecclesiæ vtilia sanxerunt, non modò renouatis generalis Constantiensis Synodi decretis de auctoritate Concilij generalis etiam supra Papam, & de conuocandis de septennio in septennium, & in posteriore subsequentis congregandi loco indicendo, sed & pluribus aliis decretis Beneficiorum Ecclesiasticorum dispensationi, secundùm juris communis ordinem exequendæ, apprimè conducentibus.

Concilij Basileensis decret.

115. Sed & cùm generalis Basileensis Synodi Patres, Oratores suos ad Carolum VII. Regem transmisissent, vt suscipiendis generalis Synodi decretis, necnon Fœlici V. subelecto Pontifici, Eugenio submoto, adhærendo, faciliorem redderent, noluit piissimus Princeps, juxta & religiosissimus, vltrò, & ex proprio motu Oratorum petitionibus annuere.

116. Quinimò conuocatis Regni proceribus, & Ecclesiæ Gallicanæ Prælatis, necnon Academiarum Regni Professoribus, & in Capitulo Regalis Ecclesiæ & sanctæ Capellæ Bituricensis congregatis, generalis Concilij decreta solam morum reformationem contingentia, & alias Oratorum Synodi petitiones, coram singulis Regni ordinibus discuti curauit & examinari.

117. Et his primùm quæ fidem, & Ecclesiæ firmiter stabiliendæ rationem spectabant, veluti decretis de auctoritate generalium Conciliorum etiam supra Papam, & de eorumdem conuocandorum, sicut & canonicarum electionum necessitate & jure, absque vllo alio præuio examine susceptis, cæteris, quæ solam morum

reformationem, & regendæ Ecclesiæ modum contingebant, partim admissis, partim imminutis, & Ecclesiæ Gallicanæ regimini accommodatis, atque etiam priuatis Ecclesiæ Gallicanæ decretis simul adiunctis, sacram & regiam constitutionem & Pragmaticam Sanctionem, ex singulorum capitum coaceruatione componi jussit. Pragm. Sanct Caroli VII.

118. Sed & ea quidem interim reijci curauit quæcumque etiam generalis Basileensis Synodi decreta, quæ post dissolutionem Concilij, auctoritate Eugenij IV. summi Pontificis factam, & in vrbem Ferrariensem translationem edita fuerant, vt patet ex Historia Pragmaticæ Sanctionis Puteanorum fratrum, & glossa illustrissimi præsidis passim ad Pragmaticam Sanctionem. Historia Prag. Putean. fratr. & gloss. Prag.

119. Nec enim tantisper ab Eugenio IV. legitimo Pontifice desciuit, vel Fœlici V. post dissolutionem Concilij subelecto adhæsit, imò per oratores suos, tùm ad Eugenium IV. tùm ad Nicolaum V. Eugenij successorem demandatos, interim Amedeo Fœlici V. Pseudo-Pontifici suaderi curauit, vt cuicumque juri suo in fauorem Nicolai V. nouissimè electi cederet; quo tandem, Regijs suasionibus annuente, nutanti & titubanti Ecclesiæ pax reddita est, seruatis interim in Regno Gallicano, quoad Ecclesiæ regimen, Pragmaticæ Sanctionis decretis, & illibatè custoditis.

120. Nec tamen subsequentes Romani Pontifices diutius hanc sacram Sanctionem, licèt Pragmaticæ Sancti Ludouici conformem, tolerare potuerunt, quimino ipsi tanquam hosti infensissimo, & reseruationibus Apostolicis, cæterisque Romanæ Curiæ exactionibus aduersanti, acerrimum bellum indixere. Conatus varij SS. PP. ad euertendam Pragmat.

120. Cùm Itaque Ludouicus XI. in sedem Regiam, demortuo patre Carolo VII. euectus esset, non cessauit Pius II. olim Æneas Siluius dictus, licèt aliàs Basileensis Synodi secretarius, & amanuensis, Concilij authoritatem, cui soli, Caroli nostri Pragmatica innititur, totis viribus propugnasset, veluti in alium hominem transmutatus, a querelis in dictam Pragmaticam coram LVDOVICVS XI. FRANCORVM REX. Tentamen Pij II. S. P.

Rege proponendis, vt ſchiſmaticam incuſaret, & penitùs euerteret.

121. Sed vt fauſtioribus auſpicijs proſequeretur, Ioannem Ioffredum Epiſcopum Atrebatenſem, Regi chariſſimum, promotione ad Cardinalatum propoſita, ſibi conciliauit, vt Pragmaticæ Sanctionis abrogationem Regi ſuaderet; quod vtique obtentu difficile nequaquam fuit, cùm ipſemet Rex aliunde generum ſuum ad Siciliæ Regnum, fauente & applaudente ſummo Pontifice, promouendum ambiret.

122. Verùm enim vt faciliorem, & deſiderijs fauentiorem ſibi redderet, per eumdem Epiſcopum Atrebatenſem ſummo Pontifici oratorem demandatum, non tantùm Pragmaticæ Sanctionis abrogationem tranſmiſit, ſed & liberam, & non coarctatam in Regno Gallico Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpenſandorum, nec non Iuriſdiſcendi poteſtatem, per eumdem oratorem obtulit, ſub hac mandati clauſula, *vtere deinceps in Regno noſtro poteſtate tua vt voles, atque illam exerce*, & qui & infœlicis negotiationis præmium purpuratum galerum conſequutus eſt.

Poteſtas indiſcretiùs S. P. Pio II. delata à Ludouico XI.

123. Verùm cùm ipſemet Pius Pontifex Maximus, Pragmaticam Sanctionem abrogatam nimium gauderet, cuius & cartham per compita vrbis traduci, & flaſſellari juſsit, vt concepto odio ſatisfaceret, illud tamen in hoc Regno Pontificis Romani votis non ita fœliciter ceſſit, nec enim tantùm Senatus Pariſienſis expoſtulationibus ex mandato curiæ ad Regem ex ſcripto tranſmiſſis, litteris abrogationis apud acta Iuſſu Regio deponendis, moram innexuit ſalutarem.

124. *Sed nec etiam mandatis Regijs vlteriùs obediuit Curia, exemplo præcipuè ducta procuratoris Regij cognominati de Sancto Romano, qui maluit officio, quàm affectui Regis quantumuis acerbi cedere, & ſic ſtetit Pragmatica Sanctio vſque ad Concordata inter Leonem X. ſummum Pontificem, & Franciſcum I. Gallorum Regem inita*; quamuis ab omnibus ſuccedentibus Pontificibus identidem

Apoſtillator in ſtilo Parlam. part. 6. de for-

vexata; vt notauit Apostillator in stilo Parlam. parte 6. de forma Arrest. art. 46. in verbo Aprilis.

ma Arrest. art. 46.

125. Nec enim Paulo II. in Pij II. demortui sedem euecto fœliciùs cessit, cùm enim resciisset Pragmaticam Sanctionem in Gallijs, licèt abrogatam, in plerisque tamen articulis custodiri & obseruari, tum in inferioribus tribunalibus, tum in Senatu Parisiensi, eam penitùs abrogandam suscepit.

Tentamen Pauli II.

126. Sed vt illud faciliùs exequeretur & tutiùs, vsus est opera & industria Ioannis Baluæ Episcopi Ebroicensis, Ludouico Regi gratissimi, & grauioribus Regni negotijs administrandis præpositi, cui & Cardinalatus insignia repromisit, vt Pragmaticæ Sanctionis penitùs delendæ, apud Regem insisteret, cui etiam negotio suscipiendo, & apud Regem pertractando, facilem vtique Baluam dignitatem Cardinalatus summopere ambientem, auspicatus est.

127. Nec etiam Regem ipsum abrogationis litteris concedendis, & ad Senatum Parisiensem transmittendis difficillimè habuit; cùm ipsemet Rex aliàs sibi summum Pontificem conciliandum haberet, vt fratri Aquitaniæ Duci, filiæ Ducis Burgundiæ nuptias, Regi alioquin suspectas, ambienti, dispensationis gratiam denegaret vt habet Historia Pragmaticæ Sanctionis Puteanorum Fratrum.

Historia Pragmaticæ & Concord. Puteanorum Fratrum.

128. Nec tamen his toties geminatis, & denuò iteratis propulsandæ Pragmaticæ Sanctionis conatibus adlubentem habuit Senatum Parisiensem, qui nec etiam ipsa degradatione procuratoris generalis San-Romani perterritus, abrogationis litteras improbauit, ipso etiam Rege Senatus Parisiensis oppositioni tacitè annuente, cùm & San-Romanum, quamuis degradatum aliun, de ditauerit, & deperdito muneri abundantius suffecerit.

129. Etenim plures alias constitutiones Pragmaticæ Sanctioni conformes promulgari curauit, de reseruationibus Apostolicis, & gratijs expectatiuis improbandis,

Edicta Ludou. XI. de creatione an. 1464. expectatiuis &

spoliorum perceptione vetandis anni 1464. in collectione regiarum Constitut. Antonij Fontanonis tomo 4. tit. 2.

de spoliorum & vacantiarum collectione inhibenda; denique de quorumlibet Beneficiorum Ecclesiasticorum apud Curiam Romanam impetratione vetanda, quas omnes Senatui Parisiensi inscripsit, apud acta Curiæ deponendas, easque singulas habemus in collectione Constitutionum Regiarum Antonij Fontanonis tom. 4. titulo 2.

Conatus X·sti IV. ad euertendam Pragmaticam.

130. Sed & Xisto IV. Pauli successori nouum tentamen imminuendæ Pragmaticæ Sanctionis, & in nouam conuentionem cum Ludouico XI. initam transformandæ, cassum & inutile permansit: cùm enim animaduerteret Pragmaticam Sanctionem in Regno X. Franciæ vbique obseruari, nonobstante abrogatione Regia, ejusdemque probatione frustra in Senatu Parisiensi tentata, tandem concordata inter sedem Apostlicam, & Regem Franciæ subinducere statuit; quæ extant in extrauaganti ad vniuersalis. de Treuga & pace. in commun.

Extrauag. ad vniuersalis. de treuga & pace. in communi.

131. Verùm enim in his concordatis cujusque anni menses ita diuisit, vt mediam partem & Beneficia in ea vacantia sibi reseruaret, alteram verò ordinariorum collationi demitteret, reseruatis tamen sex gratijs expectatiuis, in fauorem nominandorum per Regem, Reginam, ipsumque Delphinum Viennensem, Magistris & Præsidentibus Parlamentorum Franciæ adjectis, vt eos ad Concordatorum probationem sub spe modici præmij alliceret.

Not. ad extrauag. ad vniuersalis. de Treug. & pace. in communibus. in textu. & in summario.

132. Nec tamen Xistina concordata recepta fuerunt, vt testatur Apostillator ad hanc extrauagantem his verbis: *Hæc decretalis tam fuit irrita, quàm conatus Pij II. constantia laudabili* Ioannis San-Romani Regij *in Senatu Parisiensi procuratoris; vel, vt habet summarium, hujusmodi concordata tanquam Iuri communi & decretis. Constant. & Basileens. contraria non sunt effectum sor·ita.*

Tract. Heliæ Archiepiscopi Turonensis qui inscribitur defensorium

133. Quamquam Helias Archiepiscopus Turonensis ex familia Fratrum Minorum assumptus, in fauorem Xisti, ex eadem familia in sedem Apostolicam euecti, ijsce temporibus tractatum ediderit, quem defensorium Concordatorum

datorum inscripsit, eorum scilicet quæ habita fuerant inter Xistum IV. & Ludouicum XI. qui tractatus auctori Cardinalis dignitatis titulum Xisto IV. creante promeruit. Concordatorum contra Pragmat Galfor.

134. Sed enim ille tractatus inutilis Xistinis concordatis ampliorem authoritatem addere non potuit, vniuersis Regni ordinibus contra nouam conuentionem reclamantibus, ipsamque Pragmaticam, & Canonicas electiones defendentibus, vt testatur Philippus Probus in tractatu quem defensorium electionum appellauit contra Heliam Turonensem Archiepiscopum, relatum in addit. ad gloss. Pragm. tit. de collat. §. si quis. in verbo quatuor. Philip. Probi defensorium electionū contra Heliam Turonen. Archiepisc. Idem Prob. in addit ad Prag. tit. de collat. §. quòd si quis. in verbo quatuor.

135. Verùm vt vno verbo complectar conatus omnes à summis Pontificibus insumptos, vt Pragmaticam Sanctionem euerterent, lubet hîc subnectere quod de his testatur Robertus Guaguinus ordinis Redemptionis Captiuorum minister generalis in Carolo VII. Robert. Guguin. in Carolo 7.

136. *Indicto, inquit, apud Bituriges Concilio, Rex Pragmaticam quam vocant Sanctionem tulit, eamque in Parlamento promulgari mandat anno 1439. nonis Iulij. Quam Regiam auctoritate Basileensis Synodi factam constitutionem, qui deinceps fuere Romani Pontifices, non secus ac perniciosam hæresim execrati sunt: quia eam nemo Pontificum dissoluto Basileensi conuentu probauerit.*

137. *Vetustissima enim contentio de vniuersali Concilio, & Romano Pontifice, vtrum majus sit inter Ecclesiasticos, hactenus perseuerat: quò mea sententia factum est, vt generales Synodos cogere Pontifices detrectent, formidantes suam tam latè patentem, ne dicam vsurpatam authoritatem, Conciliorum decretis cohiberi.* Hæc Guaguinus. Robert. Gaguin. ibidem.

138. Et quamuis Carolus VIII. Ludouici XI. filius, pietati & deuotioni paternæ in sedem Apostolicam successerit, eamque vt primogenitus vniuersalis Ecclesiæ filius Xisto IV. tunc regnanti, per oratores suos exhibuerit, non tamen in id successit, vt more paterno conuenientem alioquin Regno, & Ecclesiæ Gallicanæ vti- Carolvs VIII. Francorvm Rex.

lissimam Pragmaticæ Sanctionis obseruationem eliminaret, vel liberiorem & laxiorem dominandi in hoc Regno potestatem summo Pontifici crederet.

Conuocatio Turonensium ordinum.

139. Quinimo statim à Regni principio, conuocatis Turonis Regni ordinibus, primùm conquestum est de summa illa, nec coarctata à Ludouico. XI. per oratorem Pio II. summo Pontifici, in Regno Franciæ exercenda potestate, indiscretiùs delata, deinde statutum de Pragmatica Sanctione vbique obseruanda, donec aliud Concilio generali proximè congregando visum fuisset.

140. Sed vt illud Rex deuotissimus, singulorum Regni ordinum votis annuens, ocius testaretur, statim Ioannem de Sancto Romano procuratorem generalem, à patre exauctoratum ob defensam acriùs Pragmaticam Sanctionem, in pristinam dignitatem restituit, vt sacræ legis tuitionem aliàs strenuè susceptam, mox amplecteretur.

141. Verùm huic Concilio tuendæ & defendendæ Pragmaticæ Sanctionis à Rege mox suscepto, cùm Xistus IV. summus Pontifex obsistere statuisset, Ioannem Baluam Cardinalem Andegauensem qui olim Regi Ludouico San-Romani exauctorationem, ob rejectam Pragmaticæ Sanctionis abrogationem, suaserat, legatum à latere demandauit, quod tamen fœliciori successu caruit & euentu; cùm enim à facultatibus Legato demandatis à procuratore generali Ioanne *de Nanterre* San-Romani successore prouocatum fuisset, nequaquam illis vti in hoc Regno permissum est.

Documenta Baluæ Cardin. credita, vt obedientiam nomine Regio Innocentio VIII. S.P. exhiberet.

142. Sed etiam vt generalium ordinum Turonis conuocatorum decretis de Regiæ obedientiæ summo Pontifici præstandæ reformatione satisfieret, ipsemet Balua Cardinalis Andegauensis, Regius orator ad summum Pontificem Innocentium VIII. in Xisti IV. demortui locum mox electum, emissus est, vt obedientiam nomine Regio præstaret filialem, secundùm documenta quæ ipsi credita sunt.

Caroli VIII. Regis Alexan-

143. Sed & ipse Carolus ad expeditionem Neapolita-

nam festinans, & in ipsa profectione Romam diuertens, ipsimet Alexandro VI. summo Pontifici personaliter executus est, perorante nomine Regio Ioanne *Gannæo* Parisiensis Senatus præside, ipsique summo Pontifici filialem & personalem obedientiam exhibente, seque & sua, Pontificiæ Sanctitati, & Apostolicæ sedi commendante, vt habetur in instrumentis ea de re confectis, quæ exstant in primo volum. prob. ad lib. Eccles. Gall. cap. 2. art. 8. & cap. 3. art. 30.

droVI. personalis obedientiæ exhibitio.

Vol. 1. probat lib. Eccl. Gall. cap. 2. art. 8. & c. 3. art. 30.

144. Nec verò Ludouicus XII. Caroli VIII. successor, pater populi dictus, ab auita deuotione in sedem Apostolicam, vel minimùm deflexit, verùm enim Alexandro VI. Ecclesiam Catholicam tunc gubernanti, non modò obedientiam per suos oratores præstitit filialem.

Ludouicus XII. Pater populi dictus Francorum Rex.

145. Sed & Cæsare Borgia Alexandro filio, in nuptias cum filia Alani Albreti Regis consanguinea, titulo Valentini Ducatus decoratas, recepto, intimam cum ipso Alexandro VI. confœderationem iniuit, quæ & ipsi summo Pontifici, & Cæsari filio vtilissima euasit.

146. Namque auxiliarium legionum à Rege emissarum ope & subsidio, plures Romaniæ vrbes recuperauit, vnde Romaniæ Ducatum, de Consensu Cardinalium, donante Alexandro patre sibi adscriberet, ex quo Dux Valentinus, & nouus Cæsar euaderet.

147. Nec tamen interim deuotissimus Princeps à studijs & curis in Ecclesiæ Gallicanæ tutelam insumendis destitit: anno quippe 1499. regnantis verò 2. solemni edicto statuit, Pragmaticam Sanctionem vbique seruandam, ex quo plures contra decreta Pragmaticæ Sanctionis, nec non Conciliorum Generalium Constantiensis & Basileensis, Beneficia in Curia Romana impetrantes, Parisiensis Senatus præjudicijs mulctæ condemnationi submissi sunt.

Edictum Ludouic. 12. anni. 1499.

148. Sed & & illud Ius vtique, & Beneficiorum Ecclesiasticorum dispensandorum per Pragmaticam Sanctionem, inductus ordo, constantissimè, nec etiam Curia Romana reclamante, obseruatus est, vsque ad Iulij II.

poſteriora tempora, namque ſtatim à Regni principio Ludouicum ſibi conciliari curauit, vt eius ope & auxilio ereptas à Venetis Eccleſiæ Romanæ vrbes recuperaret, & Bononiam, quam Eccleſiæ Romanæ antiquam ditionem eſſe jactabat, à Bentiuolorum occupatione auocaret; vt illud notat Apoſtillator ad Decij Concilium 151. in verbo Regis & ſequenti.

Apoſtillat. ad Decij Concil. 151. in verbo Regis.

149. Et illud quidem ſtrenuiſſimus Princeps, ſpe fallacis amicitiæ Iulij II. adductus, ſtatim executus eſt: ſed mox Iulius Ludouici progreſſus in Italia factos inuidens, ſecretori fœdere inito cùm ipſiſmet Venetis in gratiam admiſsis, & Heluetijs in auxilium accitis, Gallos omnes durioribus cenſuris addictos ab Italia deturbare ſtatuit.

150. Sed vt illud Rex prudentiſſimus auerteret, magis via Iuris caſtigatum iri putans Iulium, qui in coronatione jurauerat Concilium generale intra biennium celebrare, quam vi armorum, Eccleſiæ Gallicanæ Congregationem Turonis coegit anno 1510. vbi plures articulos propoſitos, & ad eos concluſiones habemus, quibus ſtatutum, Regni, & Eccleſiæ Gallicanæ tuitionem non tantùm vi armorum ſuſcipiendam, ſed & Concilij generalis conuocatione.

Congregatio Eccl. Gallican. Turonis anno 1510.

151. Sed & cùm generali Concilio indicendo, petentibus Imperatoris & Regis Franciæ Legatis, annuere detractaret Iulius, tandem Piſis, pluribus illuc conuenientibus Cardinalibus, coactum eſt, mox Mediolanum tranſlatum, tandem Lugdunum, in quo ipſius Iulij ſuſpenſio pronunciata, ſolemni Edicto anni 1512. confirmata eſt, quo omnis obedientia Iulio ſubtracta eſt.

Concilium Piſanum.

Edictum anni 1512. de ſuſpenſione Iulij 2.

153. Sed tandem in locum demortui Iulij ſuffecto Leone X. omnis obedientia reſtituta eſt, quam mox deuotiſſimus Princeps, & pacis amantiſſimus, vt & popularis concordiæ, quæ ei patris populi nomen meruit, per oratores ſuos ſummo Pontifici exhiberi juſſit.

143. Tandem deuenimus ad laxiora & remiſſiora quæ vocant tempora Franciſci I. qui & ipſe ſedi Apoſtolicæ

FRANCISCVS I. FRANCORVM REX.

deuotiſſimus fuit, cùm Leoni X. clauum Eccleſiæ Catholicæ tenenti, Bononiam vſque progreſſus, vbi ſummus Pontifex cum Rege congreſſurus ſe contulerat, filialem & perſonalem exhibuerit obedientiam. Leoni X. obedientiam præſtat filialem.

154. Et quamuis in colloquio cum ſummo Pontifice habito, Pragmaticæ Sanctionis abrogationem repromiſerit, eamque in nouam conuentionem Bononiæ initam, quæ Concordata appellantur, transformauerit: nec tamen curam, vel animum abjecit de Eccleſia Gallicana tuenda & defendenda, & à curiæ Romanæ durioribus exactionibus vindicanda. Concordata Bononienſia.

155. Quippe Concordata ex majori parte ab ipſamet Pragmatica Sanctione vim ſuam & authoritatem mutuata ſunt; adeo vt plura decreta in eo tantùm immutata fuerint, vt ordo conuenientior diſpenſationi Beneficiorum adhiberetur, vt in decreto de collationibus obſeruandum habemus; cæteris decretis vel integris permanentibus, vel in generalium Conciliorum Conſtantienſis, & Baſileenſis, ab Eccleſia Gallicana huc vſque continua obſeruatione, illibatè ſeruatis.

156. Sed & electiones ipſæ, quamuis Bononienſi conuentione paululum imminutæ, & in nominationem Regiam transformatæ, in Eccleſijs Cathedralibus & Metropolitanis, item in Monaſterijs & Abbatijs, quæ ſpeciali eligendi priuilegio donata fuerant, integræ permanſerunt, licèt poſterioribus reſcriptis & indultis Apoſtolicis ſpecialium eligendi priuilegiorum vſu, in fauorem Regum noſtrorum partim ſuſpenſo, partim reuocato, vniformis nominandi facultas delata fuerit.

157. Nec tamen auſim aſſentire illuſtriſſimo Archiepiſcopo Pariſienſi Petro de Marca lib. 6. diſſertationum de Concordia Sacerdotij & Imperij. cap. 9. art. 2. in eo quòd ibidem aſſerit Concordata majorem vtilitatem Regno attuliſſe, quàm Pragmaticam Sanctionem, ne diſcedam à ſingulorum Regni ordinum ſententia, qui toties de eius abrogatione conqueſti ſunt, malim, tempori inſeruiens, Bononienſis Conuentionis hodiernum Diſſertat. de Concord Sacerd. & Imper. lib. 6. cap. 9. art. 2.

vſum in eo laudare quòd Regijs conſtitutionibus ab omni labe purior redditus fuerit.

158. Et quamquam Rex Franciſcus Concordatis à ſummo Pontifice propoſitis annuens, animum eius demulcere, ſibique amicum reddere debuiſſet; non deſtitit tamen Leo Pontifex à ſocietate & confœderatione cum Carolo V. Imperatore nouiſſimè electo paciſcenda, vt Franciſcum à Ducatu Mediolanenſi, cæteriſque Italiæ ciuitatibus dominationi Regiæ ſubmiſſis expelleret; quod vtique dùm tentaret, & Franciſcum à deuotione in ſedem Apoſtolicam meritò alienauit.

Franciſci Regis Clementi VII. perſonalis obedientiæ exhibitio.

159. Sed tandem Clemente VII. in ſedem Apoſtolicam aſſumpto, noua ſocietate, per fœdera Matrimonij Catharinæ Medicææ Clementis nepotiſſæ, cum Henrico ſecundo-genito contracta, ad firmanda fœdera ſummo Pontifice & Rege ſimul Maſſiliæ conuenientibus, Franciſcus iterum filialem & perſonalem ſummo Pontifici præſtitit obedientiam.

Item Paulo III. ab eodem.

160. Sed & eamdem Paulo III. Clementis ſucceſſori Niciam vſque progreſſus, & cum eo conueniens, obedientiam exhibuit perſonalem, quæ & jnducijs inter Carolum V. Imperatorem, & Regem, ſummo Pontifice conciliante, conuentis, ditata eſt, & Pontificij indulti gratia, in fauorem Cancellarij, Præſidum, & Senatorum Curiæ Pariſienſis à ſummo Pontifice Paulo III. conceſſi, quo & ab Eugenio IV. Senatui Pariſienſi olim illata gratia renouata eſt.

Indultum Senat. Pariſienſ. à Paulo III. conceſſum.

HENRICVS II. FRANCORVM REX.

161. Et quamuis Henricus II. Franciſci filius, in ſedem demortui patris euectus, deuotionis paternæ in ſedem Apoſtolicam ſucceſſor, vt & Regni hæres, imò etiam in conſortium vocatus auitæ pietatis qua Catharina Medicæa conjux chariſſima in Pontificiam dignitatem colendam ferebatur, non deſtiterit à deuotione & pietate ſummis Pontificibus Paulo III. & Iulio item III. exhibenda, adeo vt vacante ſede Apoſtolica, Parmæ ciuitatis cuſtodiam, quæ Eccleſiæ Romanæ feudum dicebatur, ſuiſmet ſumptibus ſuſtinendam ſuſceperit.

162. Et poſtquam Iulius III. in demortui Pauli Sedem aſſumptus, Octauium Farneſium Pauli nepotem, & Caroli Imperatoris generum, Parmenſi Ducatu inueſtiiſſet, Imperatore nihilominus ſuis potiùs, quàm generi commodis ſtudente, & Ducatus poſſeſſionem in damnum ipſius Eccleſiæ Romanæ ab ipſo genero præripere moliente, Henricus Octauij precibus commotus, necnon Iulio III. aſſentiente, iteratam defenſionem & protectionem, auxiliaribus etiam copiis immiſſis, ſuſcepit.

Occaſio diſſidij inter Henricum & Iuliũ III. S. P.

163. Et quamuis illud auxilium Eccleſiæ Romanæ vaſſallo præſtitum, ſummo Pontifici gratiſſimum eſſe debuiſſet, nihilominus tamen Iulius, qui ſingulorum Chriſtiani orbis Principum communis parens eſſe debebat, in ſecretam amicitiam cum Imperatore adductus, propter impenſum ab Henrico lubentiùs auxilium, in ſubitum odium exarſit.

164. Et ex eo fuit vt ipſummet Regem, protectionem ſuam & defenſionem ſubtrahere detrectantem, excommunicationis cenſuris ſubjiciendum comminatus fuerit, Regnum etiam Gallicanum generali interdicto ſubmittendum; quod tamen piiſſimus Princeps longiùs auertere ſtuduit, vt Regni Gallicani ſaluti conſuleret.

165. Itaque ſolemni edicto apud Fontem-Bellaquam, tertiâ die Septembr. anni 1551. emiſſo, & Curiæ Pariſienſis Patrum ſuffragiis probato, vetuit ſingulis Regni Gallicani Bancariis, & expeditionum Beneficialium ſollicitatoribus, ne quacunque de cauſâ, Beneficiorum, vel quarumlibet gratiarum impetrandarum occaſione, Romam pergerent, vel pecunias gratiarum impetrandarum conciliatrices aſportandas mandarent, ſub pœna corporali, & publicatione bonorum in rebelles & contumaces inferenda.

Edictum Henrici II. apud Fontem-Bellaquam 3. die Septemb. 1551.

166. Verumtamen hanc Regiam inhibitionem, ſtatim atque ſummus Pontifex gratiorem ſe Regi, & totiùs Regni ordinibus exhibuit, altero edicto de die 21. Maij anni 1552. in ſcriniis Senatus Pariſienſis pa-

Edictum anni 1552. 21. Maij.

riter inſcripto reuocari juſſit, & ipſas Beneficiorum in Curiâ Romanâ impetrationes priſtinæ libertati reſtituit.

Edictum contra paruas datas anni 1550.

167. Attamen interim illibata remanſerunt ſtatuta & decreta celebrioris edicti apud Sanctum Germanum in Laia prolati menſe Iunio ſuperioris anni 1550. de reformandis abuſibus paruarum quas vocant datarum, & cæterarum Apoſtolicarum in Curia Romana Beneficiorum Eccleſiaſticorum impetrationum, quod & Curiæ Actis demandatum fuerat, & ab eo tempore inuiolabiliter ſeruatum fuit in hoc Regno.

Posteriores Valesiæ stirpis Reges.

168. Reſtat igitur nobis vt poſtremos Valeſiæ ſtirpis Principes inſpiciamus, quorum ætas vel imbecillior, & majoribus Regni negotiis adminiſtrandis nondum apta, vel Catharinæ Mediceæ matris chariſſimæ tutelæ ſubmiſſa, nihil ſtrenui vel generoſi admittere potuit regiminis, quod Eccleſiæ Gallicanæ firmandæ, vel ab Aulæ Romanæ Curialium ambitione vindicandæ conduxerit.

169. Tota enim fuit hæc ætas, & Regni adminiſtratio vexata inteſtinis pſeudo-Religionis Caluiniſticæ nouiſſimè ſubortæ motibus & diſſentionibus; Principibus tamen noſtris, ſummis Pontificibus, & Sedi Apoſtolicę intimè adhærentibus, ſeque, coronam, & familiam, ſummorum Pontificum gratiis, Regio more deuouentibus, & piiſſimæ matris votis & exemplis annuentibus.

Subuentiones ab Eccleſiâ, Carolo IX. de mandato S. P. præſtitæ.

170. Sed enim eorum continuata deuotio ſummos Pontifices ita conciliauit, vt ſedandis Regni inteſtinis motibus, & domeſticis diuiſionibus, nouæ Religionis occaſione ſubortis, ſuppetias, ab Eccleſia Gallicana, & ſubuentiones ſacro bello inſumendas præſtari juſſerint, de conſenſu Regio, & Eccleſiæ Gallicanæ.

Legato Caroli IX. à Pio IV. prælatio adjudicata.

171. Verùm & cùm Rex Hiſpaniarum Catholicus, Gallicis diſſentionibus exultans, Oratorem ſuum apud Pium IV. Pontificem degentem, Legato Caroli IX. Francorum Regis præferendum ſtuderet, & aſſiduis petitionibus apud ſummum Pontificem habitis, prælationem

tionem sibi, & Oratori adjudicandam instaret; non destitit æquissimus Parens, & subortæ contentionis arbiter, Caroli IX. Christianissimi Regis Legato tanquam primogeniti Ecclesiæ filij vices gerenti, submotâ Regis Catholici injustâ petitione prælationis vindicias adscribere.

172. Sed & illud deinceps, Xisto V. summo Pontifice Catholicam Ecclesiam regente, in canonisatione Sancti Hispani, licèt Catholici Regis impensis celebrandâ, pariter obseruatum est, Marchione Pisano Henrici III. apud Xistum Oratore demandato, Regis Hispaniæ Legatum præeunte, & summi Pontificis Capellam ante Hispanum Oratorem ingresso, nequicquam reclamante, vel renitente Regis Hispani Oratore.

Item Marchioni Pisano Henrici III. apud Xistum V. Legato eadem prælatio seruata.

173. Nec tamen inter illas Regni Gallici domesticis dissidiis vndique vexati anxietates & angustias, cessauerunt Religiosissimi Pricipes ab assiduis curis & sollicitudinibus impendendis, vt primæuum, & antiquioribus Ecclesiæ Catholicæ canonibus & decretis in Beneficiorum Ecclesiasticorum dispensatione inductum ordinem, & per Pragmaticam Sanctionem Sancti Ludouici obfirmatum, renouarent.

174. Carolus quippè IX. statim à regni principio, totius Regni Gallici ordines Aureliis conuocari jussit, quibus conuenientibus Aurelianensis dicta Constitutio decreta est anno 1560. mense Ianuario, quâ non tantùm Pragmaticæ Sanctionis Sancti Ludouici, de Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis, canonicæ electionis suffragiis deferendis, & minoribus Beneficiis jure ordinario conferendis decreta in vsum reuocata sunt.

Carolvs IX. Rex Francorvm.

Aurelianensis Cõstitutio anni 1560. mense Ianuario.

175. Sed & antiquorum Aurelianensium Conciliorum, temporibus Clodouæi & Childeberti Regum Christianissimorum congregatorum, sanctiones, de singularum diœcesis cujusque Ecclesiarum dispensatione cuilibet Episcopo deferenda, vt & regularis disciplinæ obseruatione diœcesanis Episcopis committendâ, in nouam Aurelianensem constitutionem transcæript sunt.

176. Verùm etiam vt singulorum Regni ordinum querelis, de pecuniis Regni, annatarum, vel vacantiarum exsoluendarum occasione, in Curiam Romanam transmissis, & de prouisionibus Apostolicis per præuentionem, regressum, vel gratias expectatiuas indultis, quodammodo satisfiereret, articul. 2. & 22. decretum est, de negotio apud delegatos summi Pontificis Curiales maturiùs pertractando, extemporaneo tamen decreto statutum, & inhibitum, ne interim Regni pecuniæ quocunque prætextu vel colore, annatarum etiã, & vacantiarum exsoluendarum, extra Regnum transueherentur, vel prædictarum prouisionum Apostolicarum ratio haberetur.

Aurelianensis constitutionis art. 2. & 22.

177. Vix tamen duobus annis elapsis eâ de re à Cardinale Ferrariensi Sedis Apostolicæ apud Carolum IX. Legato, conquestione habitâ, Aurelianensi constitutione factæ inhibitiones amotæ sunt, Regiâ declaratione apud Carnutes habitâ die 10. Ianuarij anni 1562. quæ etiam scriniis Curiæ inscripta est, & pristina libertas reddita consuetarum expeditionum apud Curiam Romanam pertractandarum, & prouisionum Apostolicarum more solito impetrandarum.

Declaratio apud Carnutes die 10 Ianuarij anni 1562.

178. Sed & Henricus III. Valesiæ gentis Rex Francorum vltimus, quamuis fucatæ illius & Catholicæ vnionis, quæ tandiu Regni Gallici quietem turbauit, dissentionibus vexatus, id vnum præcipuè curandum habuerit, vt soli suæ saluti, & Regni tranquillitati consuleret, nec continua vexatio calamitatibus Regni superaddita, vel minimùm otij dimitteret, vt Ecclesiæ Gallicanæ reformandæ inuigilaret.

HENRICVS III. FRANCORVM REX.

179. Habuit tamen illud tempestiuæ occasionis, vt cùm Regni sui licèt durioribus temporibus, generalis Tridentina Synodus, non modò errorum, & falsorum dogmatum condemnandorum, sed & reformandæ vniuersalis Ecclesiæ occasione congregata, sub Pontifice Maximo verè Pio clauum Ecclesiæ Catholicæ regente, conclusionem tandem nacta fuerit.

Tridentina generalis Synodus congregata.

180. Prouincialibus inde Synodis ex decreto genera-

lis Concilij à Metropolitanis Regni congregatis, sua & Gallicanæ Ecclesiæ regendæ quasi primæua forma in vsum reuocata est, vel etiam Romanæ Ecclesiæ per generalem Synodum reformationi inductæ consonans, & conformis, reseruationibus omnibus, mandatis de prouidendo, & quibuslibet gratiis expectatiuis, per decretum generalis Synodi in sessione 24. de reformat. cap. 19. prolatum, procul abire jussis.

Item Prouinciales & Metropolitanæ Synodi.

Tridentina Synodus sess. 24. de Reformat. cap. 19.

Gregorij Magni sententia in Pragmat. Sanct. sancti Ludouici art. 1. Et in Pragm. Caroli VII. tit. de coll. §. cui rei. & §. inoleuerunt. tit. de causis. in verbo confunditur.

181. Vt secundùm Gregorij Magni sententiam, in Pragmaticâ nostrâ sancti Ludouici art. 1. inscriptam, & in Pragmaticâ Caroli VII. repetitam, tit. de collat. §. cui rei. in verbo confunditur. & in tit. de causis. §. inoleuerunt. in verbo confunditur. *vnicuique sua jurisdictio seruaretur.*

182. Sed ne Regiæ authoritatis, reformationi, per generalem Synodum inductæ, robur deesset, Rex Christianissimus generales Regni ordines Blesis conuocari jussit, anno 1580. quibus Regiâ authoritate edicentibus, pleraque generalis Synodi decreta de reformatione, prout Ecclesiæ Gallicanæ moribus regendis conueniebant, confirmata sunt, & in Regiam constitutionem transcripta.

Blesensis. constit. an. 1580. quædam decreta Concilij Tridentini admittit.

183. Nec enim, vt decreuere Patres in generali Basileensi Synodo congregati, eadem morum reformandorum ratio vbique inualuit, vt & liberam facultatem quibusuis Nationibus reliquerint, non modò duriora decreta moderandi & temperandi, in iis quæ cujuslibet Nationis regimini aduersabantur, sed & noua & conuenientiora inducendi, vt in Pragmaticâ Sanctione Caroli VII. Concilij generalis Basileensis decreta partim suscipiente, partim reprobante, obseruatum fuerat.

Pragmatica Sanctio Caroli VII. Basileensis Synodi decreta partim admittit, partim respuit.

184. Quælibet tamen generalis Tridentinæ Synodi decreta, quæ fidem & doctrinam Apostolicam contingebant, indeterminatè suscepta sunt, prout in generali Synodo jacent, nec vlla etiam in iisdem articulis confirmatio addita est, vt generalis Synodi, necnon Apo-

ſtolicæ Sedis authoritati major ſubmiſſio & obedientia exhiberetur.

HENRICVS IV. FRANCORVM REX.

185. Nunc igitur Henrico III. Valeſiæ ſtirpis vltimo & infructuoſo ſurculo, improle præmoriente, gentis Borboniæ Principibus in Regni ſolium legitimâ ſucceſſione euectis, auſpicante Henrico IV. Borbonio, inuictiſſimo Nauarræ Rege, verè Magno, & Gallici Imperij clauum vt proximiore maſculo, ſecundùm ſalicæ legis præcepta, occupante: ocyus vtique conuenit Pragmaticæ noſtræ Sanctionis ſancti Ludouici decreta repetere, & noſtris temporibus congruentiùs accommodare.

Stirpis Borboniæ ortus à Roberto Claromontano Comite & Borbonio S. Ludouici filio.

186. Cùm vtique Auguſtiſſima ſtirps Borbonia, quæ Imperio Gallico Deo auxiliante fœliciter præeſt, ab ipſomet ſanctiſſimo Rege Ludouico IX. per traducem Roberti Comitis Claromontani, ſancti Ludouici poſterioris filij, necnon Borbonij Comitis, ex nuptiis Beatricis filiæ Archambaldi Comitis Borbonij, originem mutuata ſit.

187. Sed ne dum ſtirps Regia exuit pietatem & deuotionem in Sedem Apoſtolicam à ſanctiſſimo Rege exhiberi ſolitam, ardentiori tamen ſtudio Gallicanæ Eccleſiæ cuſtodiendæ, & ab omnibus nouarum & inſolitarum exactionum oneribus eximendæ, temperatam.

188. Quamuis enim hanc Regiam Borboniorum ſtirpem ab Henrico IV. auſpicemur, qui nouarum opinionum in Regno inualeſcentium ductu abreptus, aliquandiu ab Eccleſiâ Romanâ diuertit, non potuit tamen leuius illud fribuſculum diutiùs cariſſimum filium piiſſimæ matris amplexibus auellere.

Obedientia præſtita Clementi VIII. S. P. per Ducem Niuernenſem Henrici IV. Legatum.

189. Quinimò ſtatim atque Spiritus Sancti gratiâ purioris doctrinæ lumen menti infudit, non ceſſauit piiſſimus juxta & auguſtiſſimus Princeps à deuotione in Sedem Apoſtolicam exhibenda, & Clementi VIII. ſummo Pontifici, per excellentiſſimum Principem Ducem Niuernenſem Oratorem in id ſpecialiter demandatum, obedientia præſtanda.

190. Et hæc vere pœnitentis Regis in matrem ſubita & deuota conuerſio, adeo Clementiſſimo Patri placuit, vt mox etiam abſolutionis gratiam, multis vtique ſuſpirijs expetitam, indulgens, deuotiſſimum filium in ſinum chariſſimæ matris receperit.

191. Nec tamen interim Auguſtiſſimus Princeps, fideliſſimorum Regni Prælatorum ſibi adhærentium ductu & conſilio motus, deſtitit à laxiori & inſolita aulæ Romanæ in Regno Franciæ, aliàs libero, dominandi ratione compeſcenda.

192. Cùm enim Gregorius XIV. ſummus Pontifex, patria Mediolanenſis, & Regi Hiſpaniæ deuotiſſimus, quippe qui Franciſcum Sfondratum Senatorem Mediolanenſem, à Carolo V. Imperatore Senenſi ciuitati præfectum, parentem agnoſceret, vtrumque gladium, ſpiritualem & temporalem, licèt poſterioris vſus Eccleſiæ meritò ſit ademptus, in Regem inuictiſſimum exerere tentaret.

Gregor. XIV. Bullam excõmunicationis monitoriam fruſtra immittit.

193. Sed & auxiliaribus copijs, duce Sfondratenſi Comite, Gregorij nepote, fucatæ vnioni Catholicæ ſubleuandæ immiſſis, nec non Pontificio diplomate monitionis titulum habente, Regni ſacris Antiſtitibus, proceribus, & ſingulis ordinibus inſcripto, vt fideliſſimos ſubditos ab obſequio Regi exhibendo auocaret.

194. Tandem per auguſtiſſimum Senatum Turonis commorantem, Regique ſuo fideliſſimum, Pontificium diploma cenſoria nota curauit inurendum, inhibitione interim facta, ne cujuſcumque gratiæ, vel Beneficij impetrandi occaſione, pecuniæ Romam aſportarentur, decreto de die 27. Auguſti anni 1591.

Decretum Curiæ Turonis reſidentis de die 27. Auguſti anni 1591.

195. Sed & illud tamdiu ſeruatum eſt, donec Clemente VIII. in ſedem Apoſtolicam euecto, Regno, & Eccleſiæ Gallicanæ paternis ſtudijs pace reddita, deuotiſſimus Princeps tanto ardore in obſequium Catholicæ & Romanæ Eccleſiæ præſtandum abreptus eſt, vt filialis deuotionis velocior impetus, Senatus Pariſienſis expoſtulatione Regi habita, cohiberi debuerit.

Litteræ Regiæ inhibitionis eundi Romam amotoriæ Senatui Parisiensi inscriptæ nouo & insolito stilo & charactere.

196. Verùm enim cùm litteras Senatui Parisiensi inscripsisset, quibus inhibitio gratiarum impetrandarum ocasione Romam properandi aliàs facta, deinceps amouebatur, eo deuotionis, & obsequij in sedem Apostolicam præstandi nouo & insolito stilo & caractere litteræ inscriptæ sunt, vt & obedientiæ laxiori, aliàs à Ludouico XI. Pio II. summo Pontifici præstitæ, quæ conuocatis Turonis singulis Regni ordinibus improbata fuerat, aliquid in Regni dedecus superadderet.

Arrestum Senatus Parif. de die 1. Febr. anni 1596. litterarum correctorium. Vol. 2. prob. libert. Ecclef. Gall. cap. 20. art. 53. & 54.

197. Inde Religiosissimus Senatus, juxta & juris seruantissimus litteras emendandas decreuit, & meliori formæ redditas, scrinijs Curiæ demùm inserendas censuit, decreto de die 1. Februarij anni 1596. cujus exemplar, vt & litterarum emendatarum, prostat in altero volum. probat. ad libert. Eccles. Gallican. cap. 20. art. 53. & 54.

198. Sed & præter publicam illam improbationem Gregoriani diplomatis à Senatu Parisiensi factam, plures alij verè Franci, & patriæ defendendæ ardore succensi Pontificium illud rescriptum censorio stilo notauerunt.

Declaratio Prælat. Galliæ Carnuti habita die 21. Sept. anni 1591. contra Bullas monitorias.

199. Verùm enim Gallicanæ Ecclesiæ Prælati, Regi Henrico domino suo fideliter adhærentes, in vrbe Carnotensi congregati, die 21. Septemb. anni 1591. declarationem suam in publico consessu habitam diœcesanis suis emiserunt, qua monitoriarum litterarum Gregorij Pontificis, suspensionis, excommunicationis, & interdicti censuras commintium, patentem vbique injustitiam singulis exponebant.

Tractatus Faij Senat. Parif. contra Bullas Gregor. 14.

200. Nec etiam cessauit clarissimus Senator Carolus Faius Abbas Sancti Fusciani libello in id confecto plures rationes addere, quibus Pontificij rescripti vtique injustitia patebat manifestiùs, vt & Senatoris Parisiensis, simul & Prælati Gallicanæ Ecclesiæ munus impleret.

Tract. Guid. Conchil. contra eiusdem Bullas an. 1591. euulgati.

201. Nec non Guido Conchilius Ecclesiasticæ libertatis assertor., & vindex acerrimus, in breui sermone quem eodem anno 1591. euulgauit, plures rationes & modos abusum in ijsdem litteris prænotauit.

202. At verò illos omnes tractatus collectos habemus in volumine quod inſcribitur compilatio tractatuum libertatum Eccleſiæ Gallicanæ, quod & de mandato Curiæ primùm Regnante Henrico IV. anno 1609. euulgatum eſt, & typis excuſum, vt Gallicanæ Eccleſiæ ab importunis calumniantum querelis ſeruandæ rationes poſteris omnibus vtique paterent.

Collectio tractatuum liber. Eccleſ. Gallic. de mandato Curiç primùm euulgata anno 1609.

203. Sed nec eas etiam libertates Eccleſiæ Gallicanæ partim improbaſſe videtur Xiſtus V. ſummus Pontifex: quamuis enim Henricum noſtrum, dum ſolo Regni Nauarræi titulo inſigniretur, cenſuris Eccleſiaſticis ſubmiſerit, improbantibus licèt & reclamantibus ſingulis Regni Gallicani ordinibus; mox tamen demortuo Henrico III. in Regni Gallici ſolium euectum, nec eidem adhærentes Prælatos, aut proceres, licèt pluribus in id monitionibus à Philippo Rege Hiſpaniarum adhortaretur, nouis cenſuris ſubdere detrectauit, quaſi nouo Coronæ Gallicæ, ex Priuilegio Apoſtolico nullis cenſuris Eccleſiaſticis ſubmittendæ, tegmine inueſtiretur.

Xiſtus V. Henricũ IV. Francorum Regem Eccleſiaſticis cenſuris de nouo ſubdere detrectauit.

204. Nec etiam fucatæ vnioni Catholicæ, in Regni & Imperij Gallici necem congregatæ, auxiliares copias emittere decreuit, dum vtique prudentiſſimus & piiſſimus Pontifex, Regis conuerſionem indictis publicis precibus, & proceſſionibus, à Deo cordis Regum moderatore, præſtolari maluerit, teſte Antonio Cicarella in vita ejuſdem Pontificis; quam tandem Clemens VIII. publicatis in principio Pontificatus in id Indulgentijs & Iubilæis, Chriſtianis etiam repetitis precibus, conſequutus eſt.

Anton. Cicarella in vita Xiſti V.

205. Succedunt tempora Ludouici XIII. Henrici Magni ſucceſſoris & filij, qui & Iuſti nomen optimo iure meruit, cùm vbique Iuſtitiam coluerit, nec non pietatem & deuotionem in ſedem Apoſtolicam, quam & è ſacri Baptiſmatis fontibus hauſerat, & ab impoſito Sanctiſſimi Regis nomine à Cardinale Ioiæſæo, Pauli V. ſummi Pontificis Legato in id ſpecialiter de mandato, è Fontibus ſacris ſuſcipiente, & ejuſdem Pontificis vicegerente.

LVDOVICVS XIII. FRANCORVM REX.

Vnde deuotionem in ſedem Apoſtolicam hauſerit.

206. Verùm enim huius ſanctiſſimi Regis ſpiritu ductus, & exemplis, Regnum ſuum & coronam, Beatiſſimæ Virginis Mariæ protectioni ſubmiſit, ſolemni declaratione in id habita de die 10. Februarij anni 1638. qua voti Regij ſingulis annis in feſto Aſſumptionis Beatæ Virginis renouationem, in ſingulis ciuitatibus Regni habendam, indixit.

Declaratio voti Regij de die 10. Febr. anni 1638.

207. Nam & ſanctiſſimus Rex Ludouicus, in ipſius Pragmaticæ Sanctionis proemio, Regnum ſuum ſolius Dei ditioni ac protectioni ſubjectum eſſe voluerat, vt quamcumque terrenam excluderet, non Diuæ matris in protectionem Regni aduocandæ conſortium, quod & à Ludouico XIII. eiuſdem pronepote repetitum, & ab inuictiſſimo moderno Rege confirmatum eſt declaratione in id edita.

Pragmaticæ Sanctionis S. Ludouici proemium.

Regis moderni voti Regij confirmatio.

208. Nec tamen deuotiſſimus Rex & juſtiſſimus Regiam authoritatem à quocumque vel minimùm lædi paſſus eſt, ne dum à ſummo Pontifice, vt illibatam protectrici recognoſceret.

209. Verùm enim cùm ad Vrbanum VIII. ſummum Pontificem Mareſchallum Eſtræum oratorem demandaſſet, vt filialem deuotionem nomine Regio ſummo Pontifici præſtaret; eóque Romæ commorante cùm domus Trinitatis de Monte, Familiæ Minimorum Sancti Franciſci de Paula ſodalium, ſub regia protectione & fundatione, ſummis Pontificibus annuentibus conceſſæ, ſecuritas violata fuiſſet.

210. Sed & oratore Regio apud ſummum Pontificem in caſſum conquerente, & violatæ ſeuritati ſummo Pontifice eam injuriam Regiæ maieſtati etiam addente, vt in Rouuræi Equitis Mareſchalli Eſtræi oratoris Regij, protectione alioquin Regia, & juris gentium tuti, caput, publicam vindictam decerneret.

Mareſchallo Eſtræo oratori Regio à S. P. iniuria illata.

211. Vt tandem majeſtati læſæ ſatisfieret, inhibuit Princeps æquiſſimus oratori ſuo, ne ſummo Pontifici ampliùs ſui præſentiam exhiberet, donec illatæ injuriæ abundantiùs repenſum eſſet, inhibitione pariter facta

Litteræ Regiæ oratori, nuncio Apoſtolico, & Prælatis Eccleſiæ Gallicanæ in id emiſſæ.

Soto

Scoto Nuntio Apoſtolico, apud Chriſtianiſſimum Regem emiſſo, ne deinceps conſeſſui Regio præſens eſſet.

212. Sed & ſingulis Regni Prælatis Pariſijs commorantibus vetuit; ne cum eodem nuncio conuenirent de quocumque negotio tractaturi, cuius rei inhibitiones proſtant in primo volumine probationum Eccleſiæ Gallicanæ libertatum cap. 7. art. 84. & 85.

Vol. 1. probat. libert. Eccleſ. Gallican. cap. 7. art. 84 & 85.

213. Sed ne amplius de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, & regni juribus diſputandi locus ſupereſſet, quod inſtar ſacrilegij eſſe dignoſcitur, Rex juſtiſſimus tractatus omnes ea de re habitos, olim regnante Henrico IV. typis excuſos, in meliorem & ampliorem ordinem redigi curauit, quos in vnum volumen congeri juſſit, cum altero volum. probationum, quæ primùm de mandato Senatus Pariſienſis prælo commiſſa ſunt, & vulgata anno 1639.

Vol. duo libert. Eccleſ. Gallic. & probat. primùm euulgata de mandato Curiæ an. 1639.

214. Et licèt in illud Eccleſiæ Gallicanæ Palladium, Prælati Pariſijs commorantes, nulla tamen authoritate Regia ſimul conuenientes inclamare auſi ſint, & puplico Programmate ab illis inſcripto, & in Monaſterio Sanctæ Genouefæ edito die 9. Februarij anni 1639. Regni Prælatis emiſſo, eadem volumina tanquam ſchiſmatica incuſare tentauerint, quamuis puriorem tantùm & antiquiorem Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, & ſola dogmata ſacris & antiquioribus SS. Patrum & Conciliorum generalium Canonibus conſignata continerent.

Declaratio Prælatorum in Monaſterio Sanctæ Genouefæ Congregatorũ in tr. lib. Eccl. Gall. 9. Febr. 1639.

215. Verùm ne deinceps libertatum Eccleſiæ Gallicanæ, ſimul & earumdem probationum compilationi Regia authoritas deeſſet; nec non querelæ quorumdam Prælatorum, cæteris nequicquam approbantibus, illatæ, vel minima fides adhiberetur, euulgatis prioribus voluminibus alia duo ampliora anno 1651. ſucceſſerunt, quæ nec etiam Regio Priuilegio caruerunt, fronti voluminum inſcripto, de die 11. Septembris Anni 1651. quod & decreto Curiæ Pariſienſis poſteriori die 12. Septembris prolato, & Regio Priuilegio ſubnexo comprobatum eſt.

Altera editio probat. libert. Eccl. Gallic. ex priuilegio Regio & de mandato Curiæ euulgat. anno 1651.

Libellus *Optati Galli de cauendo schismate ad Prælatos Ecclesiæ Gallicanæ.*
Decretum Curiæ condemnatorium libelli. de die 23. Martij 1640.

216. Sed & cùm ad imminuendam libertatum Ecclesiæ Gallicanæ authoritatem editus fuisset libellus anonimus, inscriptus *Optati Galli de cauendo schismate ad Ecclesiæ Gallicanæ Prælatos*, quamprimùm luci datus est, ne pestilens venenum latiùs serperet, conscripti Patres Senatus Parisiensis libellum tanquam seditiosum damnauerunt, & publicis flammis addixerunt, decreto de die 23. Martij anni 1640.

LVDOVICVS XIV. HODIE FOELICITER REGNANS.
Ludouicus XIV. Philippo Augusto, Adeodato, Triumphanti & Victori assimilatur.

217. Restat nunc vt inspiciamus tempora Ludouici XIV. Augusti & Adeodati, Triumphantis & Victoris, hodie fœliciter regnantis, qui nomen & titulos Augusti simul & Adeodati, Triumphantis & Victoris, à Philippo Augusto, sancti Ludouici, necnon Roberti Comitis Claromontani & Borbonij, sancti Ludouici filij, & stirpis Borboniæ auo, & proauo, pari gradu consequutus est, tum propter insperatum & fœlicem ortum, & piissimorum parentum precibus procuratum, tum propter Imperij Gallici fines latiùs extensos, & pacem Regno fœliciter partam.

218. Sed & in eo ad Philippum Augustum propiùs accedit, quod vt superiùs probauimus, Philippus summâ deuotione & pietate in Prælatos Ecclesiæ ferebatur, absque vllâ tamen diminutione, vel modicâ læsione Regiæ authoritatis, vt testantur monita sancti Ludouici ad Philippum filium.

Monita S. Ludouici ad Philippum filium.

219. Necnon generosa illa & constans ab eodem Philippo iterata oppositio, aduersum Innocentium III. summum Pontificem, jurisdictionem temporalem & feudalem Augusto Regi competentem, in Ioannem Anglorum Regem sine terrâ dictum, ratione Ducatus Aquitaniæ, ob patratam à Ioanne cædem Arturij nepotis, Coronæ dominio commissi, turbare & inuadere tentantem, in cap. nouit. de judicijs.

Cap. nouit. de judiciis.

220. Rex quippe Ludouicus noster, vt Philippi Augusti exemplis motus, satisfaceret deuotioni & pietati in Sedem Apostolicam, statim atque fœlici connubio, cum Augustissimâ Mariâ Theresiâ Hispaniarum Infante

contracto, necnon victoriis vbique partis, orbis Christiani simul & vniuersalis Ecclesiæ pacem firmauit, Ducem Criquium ad Alexandrum VII. summum Pontificem, Ecclesiæ Romanæ præfectum Oratorem demandauit, vt more Regio, Sedi Apostolicæ, & summo Pontifici Alexandro, Ecclesiæ vniuersalis clauum fœliciter regenti, consuetam deuotionem exhiberet.

Ducis Criquij Oratoris Regij ad Alexandrum VII. S.P. demandatio.

221. Sed heu nepotum summo Pontifici assidentium familia, Regis Christianissimi, & Ecclesiæ Romanæ primogeniti filij, cum Beatissimo Patre intimam, & arctiorem vnionem diutiùs progredientem inuidit, quam vt ocyùs turbaret, Corsicorum militum legionem immisit, vt Christianissimi Regis Oratoris familiam, Romæ, communi Patriæ, & Christianorum omnium tutissimo refugio, prætergredientem, violatis non tantùm Regni, & Augustissimæ Coronæ Gallicæ firmioribus priuilegiis, sed & omni juris gentium tutamine infracto, adorirentur.

Injuriæ illatæ Oratori Regio expositio.

222. Verùm & in eo congressu illustrissimæ & excellentissimæ Oratoris vxoris currui insidentis, & fidelissimorum equitum, & domesticorum comitatui assidentium, iteratis catapultarum & sclopetorum ictibus, & globis in currum emissis, vitæ insidiantes, quosdam nefandissimè trucidarunt.

223. Cùm igitur tam horrendi, & detestandi facinoris patratio vbique pateat, nulli dubium fieri potest, Regem Christianissimum quacumque ratione, etiam hostili & armatâ, injuriæ illatæ vindictam & vltionem prosequi posse & debere, cùm vtique communis parens, carissimo filio, & primogenito Regi Christianissimo, offensam illatam huc vsque emendare neglexerit.

Quâ ratione Rex Christianissimus injuriæ illatæ reparationem prosequi possit & debeat.

224. Nec enim de pœna vel satisfactione injuriæ, nec etiam de modo exequendæ reparationis ampliùs inquirendum, cùm ipsismet legibus Romanis vbique seruatis, sed maximè in vrbe Romana legum ipsarum parente, pœna decreta sit in leg. vlt. Dig. de legation. *Si quis Legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum*

Leg. vlt. Dig. de legation.

esse existimatur, quia sancti habentur Legati: Quid enim si illud in Legatis hostium decretum sit, quid in Legato charissimi, & Ecclesiæ Romanæ primogeniti filij dicendum?

Contin. interpret. ejusd. leg.

225. Nec alia vindictæ ratio inquirenda, quàm quæ ipsiusmet legis terminis præfixa est, *quia sancti habentur Legati*, inquit Iureconsultus, *& pœna capitis sancita est in violatores*; quemadmodum muri & portæ vrbis sanctæ dicuntur, ob sancitam pœnam capitis in transilientes, in §. sanctæ. de rer. diuis. apud Iustin. in instit.

§. Sanctæ. de rer. diuis. in in Instit. apud Iustin.

226. Et ideo Pomponius in d. leg. si quis Legatum. vlteriùs progrediendo ait; *Itaque eum qui Legatum pulsasset Quintus Mutius dedi hostibus quorum erant Legati, solitus est respondere*: adeo vt secundùm legis præscripta, exequendi facinoris authores, Regi Christianissimo, qui in pulsatione Legati injuriam passus est, quasi noxæ dedi debuerint resarciendæ & reparandæ.

Contin. interpret. leg. si quis Legatum. de legation.

227. Nec omittendum quod in ea lege quæsiit Iureconsultus, cujus interim censeantur reparandæ injuriæ quasi noxæ dediti patrati facinoris authores; an liberi, an serui, an ciues, an peregrini; & in ea quæstione primùm distinguit noxæ deditos & receptos ab hostibus qui injuriam passi sunt, & eos qui rejecti nec admissi fuerunt.

Continuatio interpret. ejusdem leg.

228. Et in his etiam variè sentientium adducit Iurisconsultorum opiniones, etiam in rejectis, nec admissis: *quia*, inquit Iureconsultus, *quem semel populus jussisset dedi, ex ciuitate expulsisse videretur, sicut faceret, cùm aqua & igni interdiceret, in qua sententia videtur Publius Mutius fuisse.*

Contin. ejusdem interpret.

229. Sed & illud in Cardinale Imperiali patrati facinoris authore executa videtur Respublica Genuensium, cùm à Romanis, ad suos Prouinciales Genuenses dimissum, cum dedecore, & à Genuensi ciuitate, & ab ipsis Reipublicæ finibus expulerunt, quasi Regi Christianissimo noxæ dedendus esset, vt si noxæ deditum reciperet, interim omni dignitate careret, donec clementiâ

Continuatio ejusdem interpret. & Cardinali Imperiali accommodatio.

motus injuriam & offensam dimittens, pristino statui restitueret, adeo vt pendente admissione deditì dubius status existat.

230. Verùm enim & de Hostilio Mancino, à populo Romano Numantinis dedito, nec recepto, quærit in ea legePomponius, an ciuis Romanus remansisset, & Romæ Præturam gerere potuisset: quod eò dubij venit, vt sedandi causâ lex in eũ casũ dicta promulgari debuerit, vt habetur eadem lege si quis Legatum. Dig. de legat.

Continuatio interpret. ejusdem legis.

Leg. si quis legatum. Dig. de legation.

231. Nec enim solùm in ipsius Legati pulsatione locum habet, sed & in comitibus & familia, vt notat Hugo Grotius in tractatu jure belli & pacis lib. 2. cap. 18. num. 8. quantò magis in Legati vxore, diuini & humani juris consorte?

Hug. Grot. de jure belli & pacis. lib. 2. cap. 18. num. 8.

232. Nec dubitandum de vindicta & vltione etiam armis prosequenda, aduersus quemcunque, etiam summum Pontificem, injuriæ reparationem huc vsque inferre detrectantem, cùm illud conclusum fuerit in solemni congregatione totius Regni Gallicani ordinum Turonis conuocatorum mense Septembri anni 1510. authoritate Christianissimi Regis Ludouici XII. Patris populi nuncupati, aduersus Iulium II. summum Pontificem procacia arma in Christianissimum Principem inferre comminantem, & à protectione confœderatorum Principum Ferrariensium, à Christianissimo Rege aduersus eundem Pontificem, vltrò lacessentem suscipienda, arcere frustrà tentantem; vt notat apostillator ad Decij consil. 151. in verbo Regis.

Articuli conclusionũ congreg. Ecclesf. Gallican. Turon. anno 1510.

Apostillator ad Decij consil. 151. in verbo Regis.

233. Namque decretum est, Regem Christianissimum posse & debere, quacumque ratione, etiam vi armorum, injuriam sibi, & fœderatis suis, à summo Pontifice illatam propellere, nec in eo vel minimùm lædi deuotionem à Principibus Christianis Sedi Apostolicæ exhiberi consuetam, illud naturali defensionis ratione dictante, quæ & omnium legum suprema esse dicitur, vt habent articuli relati in altero volumine probat. ad libert. Ecclesf. Gallican. cap. 20. art. 28.

Vol. 2. probat. libert. Ecclesf. Gallic. cap. 20. art. 28.

Instrumentum pacis vltimò sancitæ anno 1661. art. 99. & 100.

234. Verùm enim & eadem jura Christianissimus Francorum Rex, vt & Catholicus Hispaniarum Princeps, in publici pacis vltimò sancitæ instrumenti articulo 99. & 100. in fauorem Principum Mutinensium, & Parmensium, sibi reseruarunt; vrgentiora nempe coram summo Pontifice officia exercendi, vt à Camera Apostolica restitutionẽ obtineant *vallium Comachiensium*, Mutinensi Duci faciendam, habitâ priùs & illatâ à Duce Mutinensi Cameræ Apostolicæ debitâ satisfactione.

Restitutio facienda *vallium Comachiensium* Duci Mutinensi.

235. Vt & ditionum *Ronchiglionensium*, *&* *Castrensium* incamerationis reuocationem, in fauorem Ducis Parmensis, factâ etiam priùs intra certos soluendi terminos Cameræ Apostolicæ summarum exsolutione, in quarum securitatem ditiones illæ oppigneratæ fuerant, vt habetur in iisdem articulis.

Reuocatio incamerationis ditionum *Ronchiglionensium* *&* *Castrensium* in fauorem Ducis Parmensis.

236. Sed nec etiam ampliùs inquirendum de vlciscendi modo vel ratione, cùm illud constet, atrocissima bella, inter Regem Franciscum, & Carolum V. Imperatorem commota, & in ipsis etiam intimis Italiæ prouinciis diutiùs, & pertinaciùs agitata, non aliunde suborta fuisse, quàm ex nefanda & truculenta cæde, spreto omni jure gentium & nationum, ab Hispanis commissa, *Cæsaris Fregosij* Liguris, & *Antonij Rinconii* Hispani, Francisci Regis Legatorum, Venetias ex mandato Regio properantium.

Occasio bellorum inter Frãciscum I. & Carol. V. ab injuria Legatis illata.

237. Sed enim cùm Christianissimus Princeps coram Cæsare conquestus, nullam satisfactionem speraret, expostulatione priùs habita ad omnes Imperij ordines Spiræ congregatos, tandem in arma prosiluit, quarum expostulationum exemplaria simul compilata habemus de mandato Christianissimi Regis typis excusa anno 1544.

Expostul. Frãcisci I. ad ordines Imperij Spiræ congregatos 1544.

238. Verùm enim licèt ipsa commota bella, & contentiones, summum Pontificem neutiquam spectarent, nisi vt communem Christianissimorum Principum parentem, mox tamen Iulio III. Imperatoris partibus propensiùs adhærente, & Henricum II. Regem Christia-

Occasio dissidij inter Henricum II. & Iuliũ III. S.P.

nissimum à protectione Octauij Farnesij, licèt Ecclesiæ Romanæ feudatarij, suscipienda dehortante, inter Regem, & summum Pontificem bellum acrius exarsit.

239. Et ne dum armis vtrinque commissis contentiones agitatæ fuerunt, sed & edictis contra abusus impetrationum Beneficiorum in Curia Romana habitarum anno 1550. quibus, vt ocyus salutare remedium adhiberetur, inhibitio facta, ne quarumcumque gratiarum impetrandarum occasione, pecuniæ à Regno Franciæ Romam asportarentur, quod & tamdiu seruatum est, donec Iulius III. gratiorem se Regi præbuerit.

Edictũ contra abusum impetrationum in Curia an. 1550.

Inhibitio facta pecunias Romam asportandi.

240. Et quamuis Rex Christianissimus armis victricibus, iustitia vbique concomitante suffultis, satisfactionem injuriæ sibi illatæ parare possit; nec tamen aspernanda defensio, quæ quotidie à munitissimo & inexpugnabili Palladio libertatum Ecclesiæ Gallicanæ depromenda est; quæ vel etiam incruento marte, omnes aulæ Romanæ nouationes conterit, & decreta priuatarum Congregationum, vt inquisitionis, sub ficta specie Constitutionum Apostolicarum prodeuntia expugnat.

Defensio à libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ mutuanda non aspernanda.

241. Et hac quidem promptissima & expeditissima propugnandi arte, decretum in formam Bullæ Innocentij X. summi Pontificis proprio motu confectum de residentia Cardinalium, sub interminatione priuationis Beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum, ac tandem Cardinalitij Galeri, quod mero odio Cardinalium Barberinorum, qui protectionem Regiam quæsierant, publicatum fuerat Romæ 20. Februarij annj 1646. penitùs profligatum est decreto Curiæ de die 21. Aprilis anni 1646. quod exstat in priori vol. probat. libert. Eccl. Gall. cap. 7. art. 90. & 91.

Decretum in formam Bullæ Innoc. X. de resident. Card. 20. Febr. anni 1646.

Decretum Curiæ Bullæ condemnat. de die 21. Aprilis anni 1646. in 1 vol prob. lib. Eccl. Gall. cap. 7. art. 90. & 91.

242. Nec etiam alterum inquisitionis decretum aduersus propositionem istam *Sanctus Petrus & Paulus sunt duo Ecclesiæ Principes, qui vnum efficiunt*, sub specie & titulo decreti Sanctissimi D. N. P. confectum, hanc li-

Decretum inquisitionis aduersus propositionem istam. Sanctus Petrus & Paulus, &c.

Decretum Curiæ diei 15. Maij an. 1647. in vol. probat. lib. Eccl. Gall. cap. 10. art. 11. & 12.

bertatum Ecclesiæ Gallicanæ, quæ priuatarum Congregationum decreta vbique respuit, censoriam notam, vt & conscriptorum patrum Senatus Parisiensis effugere potuit, ex Arresto die 15. Maij anni 1647. quod extat in primo volum. prob. lib. Eccles. Gall. cap. 10. art. 11. & 12.

Mandatū Nuncij Apostolici decreto subnexum.

243. Sed & eodem decreto mandatum Nuncij Apostolici coram Rege Christianissimo residentis, sibi ordinariam in Episcopos, & cæteros *Nunciaturæ suæ*, vt aiebat, ordinarios, quibus & mandatum suum inscribebat, Iurisdictionem vindicantis, & Pontificio decreto subnexum, condemnatum est.

Thesis in Sorbonæ scholis disputationi proposita.

Decretum Curiæ de die 12. Iannuarij anni 1663.

244. Sed & ea quotidiana & domestica libertatum Ecclesiæ Gallicanæ defensione proposita, renouati hisce diebus errores, *de suprema potestate summi Pontificis supra Ecclesiam; de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, vti priuilegijs Regno concessis, à summo Pontificis liberè reuocandis; denique de Conciliorum generalium ad extirpandas hæreses, & schismata vtilitate, nec verò necessitate absoluta,* & in Thesi ipsis in Sorbonæ scholis disputanda, immixti, penitùs expugnati sunt, decreto Curiæ Parisiensis de die 12. Ianuarij anni 1663. actis etiam facultatis Theologiæ de mandato Curiæ inserendo, cui satisfactum est.

Discutitur prima propositio *de S. P. authoritate supra Ecclesiam.*

245. Nec enim aliunde commodiùs rationes, quibus potestas summi Pontificis suis finibus cohiberetur, nec etiam *supra Ecclesiam* extenderetur, depromi potuerunt, quàm ex libertatum Ecclesiæ Gallicanæ compilatione, quæ supremam summi Pontificis potestatem nunquam agnouit, sed suis finibus cohibitam, in ædificationem fundatam, non in destructionem, vel nimiam torrentis more inundationem, quæ ab æterno insitas plantas euellat.

246. Quantominùs supra Ecclesiam, cui summus Pontifex obedire tenetur, illud vtique decernentibus Concilijs generalibus *Constantiensi* & *Basileensi*, quæ liberta-

tum Ecclesiæ Gallicanæ præcipuæ partes esse noscuntur, quicquid in contrarium iactauerit illustrissimus Archiepiscopis Parisiensis Petrus de Marca in dissertatione de Concordia Sacerdotij & Imperij lib. 3. cap. 7. art. 1. & in quorum obseruationem olim inaugurandi Doctores iurare tenebantur, quod vtique renouandum foret.

Dissertat. de Concord. Sacerd. & Imperij lib 3. cap. 7. art. 1.

247. Namque fuit hæc constans semper & vnica Theologorum Parisiensium doctrina, in hoc à Romanis discrepans, *Concilium generale, saltem in tribus articulis, esse supra Papam*, adeo vt cum anno 1607. *Georgius Critto Scotus* iuris Canonici Professor Thesim proposuisset disputandam in scholis decretorum, in qua positio illa continebatur *quòd Hierarcha Romanus Concilijs sit Superior.*

Doctrina Theolog. Paris. de potest. Concil. gener. supra Papam.

Thesis Georgij Crittonis Scoti jur. Canon. Professoris.

248. Tùm Senatus Parisiensis eamdem condemnauit decreto de die 17. Decembris eiusdem anni 1607. sub hac nota, *quòd aduersaretur antiquioribus regulis & Sententijs in schola Theologiæ Parisiensis doceri consuetis.* cujus decretum extat in primo volum. probat. ad libert. Eccles. Gallic. cap. 12. art. 10. & vlt.

Decretum Curiæ Paris. die 7. Decemb. an. 1607. aduersus Thesim propositã à Georgio Crittone.

Côme contraire aux maximes anciennes de tout temps tenuës en France en l'Eschole de la Faculté de Theologie, & signamment en la Sorbonne.

249. Sed & huic articulo collectores probationum hanc notam subjecerunt, qua euincerent, tum ex doctrina Martini ab Aspicuelta Nauarri, Doctoris celeberrimi, in cap. nouit. de Iudicijs. & in comment. de pœnit. distinct. 5. tum authoritate celebriorum scholæ Parisiensis Doctorum, Ioannis Gersonis, doctissimi & Christianissimi Academiæ Parisiensis Cancellarij nuncupati, tum ex Iacobo Almaino, & Ioanne Majòre, *irrefragabilem esse scholæ Parisiensis Doctrinam, nec Academiam Parisiensem pati potuisse, vt contraria opinio assereretur in eadem*, referente Nauarro ibidem.

Vol. 1. probat. lib. Eccl. Gall. cap. 12. art. 10. & vlt.

Nota ad eumdem articulum Martini ab Aspicuelta Nau. in comm. ad cap. nouit. de Iudic. & de pœnit.

Ioann. Gerson, Almainus, major Doctores Parisienses.

250. Verùm etiam *hæreticum iudicatum iri qui contrarium assereret in Francia* referente Iacobo Almaino Do-

Iacob Almain. in respons.

ad Thomam de Vio. Ioan. Gerson in tractat. de exam. Doctr. consider. 2.

ctore Parisiensi celeberrimo, itemque Gersone in tract. de examinatione doctrinarum. considerat. 2. vbi ait, *oppositas falsitates hæreses esse damnatas per Concilium Constantiense, cum multis aliis, in vtilitatem totius politiæ Christianæ.*

Examinatio 2. propos. *de reuocatione libertatum Ecclesiæ Gallicanæ.*

251. Nec etiam firmioribus fundamentis, libertates Ecclesiæ Gallicanæ, altera damnatæ Thesis positione impugnatæ, *Priuilegiis quibusdam Ecclesiis, vti Gallicanæ concessis adscriptæ*, vt à summis Pontificibus liberè reuocari possent, inniti potuerunt, quam ipsismet libertatum Ecclesiæ Gallicanæ inconcussis aggeribus.

Can. priuilegia. 25. qu. 2.

Iacob Leschasserius in tract. de libertate antiquiori Eccl. Gallic. in compilat. earumdē pag. 507.

252. Nec enim libertates Ecclesiæ Gallicanæ vllo priuilegij Apostolici nomine donari possunt, quod liberæ reuocationi subjaceat; sed vel ipso sanctissimo Patre Leone I. teste, relato in Can. priuilegia. 25. quæst. 2. *Priuilegia sunt Sanctorum Patrum Canonibus instituta, quæ nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari*; vt habet Iacobus Leschasserius in tract. de libertate antiquiori Ecclesiæ Gallicanæ relato in collectione earumdem pag. 507.

Can. in Gall. 25. quæst. 2.

253. Et ex eo est, quòd Gregorius Magnus rescribens Augustino Anglorum Episcopo in Can. in Galliarum. eadem caus. & quæst. differentiam hanc maximè obseruandam prænotet, inter Ecclesias *Regni Gallicani*, & *Anglicas*, vt omnes Episcopos Angliæ Augustini Legati Apostolici authoritati submittat, in Galliarū verò Episcopos nullam eidem authoritatem tribuat: *Si ergo contingat* inquit Gregorius *vt fraternitas tua ad Galliarum Prouincias transeat, & aliquid ex authoritate agendum fuerit, cum Arelatensi Episcopo agatur, ne prætermitti possit hoc, quod antiqua Patrum institutio inuenit*; referente Antonio Hotomano in collectione tractatuum libertatum Ecclesiæ Gallicanæ pag. 312.

Anton. Hotoman. in coll. libertat. Eccl. Gall. pag. 312.

Libertates Ecclesiæ Gallic. definiuntur.

254. Libertates itaque Ecclesiæ Gallicanæ, vno verbo complectendæ, sunt antiquiorum Ecclesiæ Patrum, & Conciliorum generalium decreta, ipsius etiam Gratiani decreti compilationi consignata, resectis tamen suppo-

ſititijs paleis, & alijs hujuſmodi interjectitijs decretis, quæ Gratianus, Triboniani more, puriori alioquin ipſorum Canonum textui ſuperaddidit, *puta de licentia Papæ, de plenitudine poteſtatis, ſi ſummo Pontifici placuerit*, & alijs ſimilibus, quæ ad ſupremam illam, & commentitiam ſummorum Pontificum, etiam ſuprà Eccleſiam, authoritatem fundandam, conueniebant.

255. Sed enim quibuſnam non modò firmioribus, ſed & conſtantioris & magis inconcuſſæ fidei argumentis, *Conciliorum generalium ad extirpandas hæreſes, & ſchiſmata euellenda, non modò vtilitas, ſed & abſoluta neceſſitas*, erui vel euinci potuit, quàm ex locupletiſſimo, & nunquam imminuendo libertatum Eccleſiæ Gallicanæ penu?

Examinatur tertia propoſitio *de Conciliorum generalium vtilitate vel potiùs neceſſitate abſoluta.*

256. Ex eo nempe depromuntur fideliſſima Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monimenta & teſtimonia, vel etiam exempla ſchiſmatis, inter Auenionenſes, & Romanos Pontifices, non aliàs ſedandi, quum Concilij generalis Conſtantienſis authoritate, fruſtra tentatis alijs omnibus excogitatis rationibus, ceſſionis, ſuſpenſionis, & ſubſtractionis obedientiæ, diſſidentium Pontificum congreſſus, & cæteris hujuſmodi, quæ humana cogitatio pepererat, nec Pater Cœleſtis inſeruerat, vel Spiritus ſanctus mentibus infunderat.

Primo quoad ſchiſmata reuellenda.

257. Nec vero ad extirpandas hæreſes, ſi quæ agro dominico inſitæ fuerint, vllum præſentius, aut potentium remedium, cùm illud ſit, cui non modo fideles omnes, ſed & hetero-doxi lubentius acquieſcere velint, cum quotidie ad illud reclament, tanquam ad Sacratiſſimam, & ſalutarem anchoram, nullis humanis motibus dimouendam.

2. Quod ad extirpandas hæreſes.

258. Nec tamen abnegandum, ſummum Pontificem, in ijs quæ ſunt fidei, & doctrinæ Apoſtolicæ, de Concilio fratrum ſtatuendi plenam habere poteſtatem, imo ſupremam, cùm in eo ſit non modò vltimum ad quod appelletur tribunal, ſed & omnis dignitatis apex, vltra quem recurſus interim eſſe non poſſit.

Quomodo interim decernere poſſit S. P.

Decreta S. P. etiam in materia fidei & doctrinæ sunt tâtùm *extemporanea & prouisoria* vt vocât.

259. Verùm *hæc decreta sunt tantùm extemporanea, & prouisoria vt* vocant, interim tamen illibatè seruanda, quibus fideles omnes obedientiam præstare debent, alioquin rebellionis, peruicaciæ, pacisue & quietis turbatæ rei postulandi sunt, & damnandi.

Probatur necessitas Conciliorũ generalium in quæst. fidei & doctrinæ.

260. Nec tamen Conciliorum generalium, ad extirpandas hæreses, vel schismata euellenda, imo & ad reformationem morum, tam in capite, quàm in membris sanciendam, absoluta necessitas deneganda, vt *quasi supremo, definitiuo, & numquam retractando judicio contentio decidatur.*

Ioan. Gerson. tract. de examinat. doctr. consid. 2.

261. Verùm enim, vt ait Cancellarius Parisiensis in prædicto tractatu de examinatione doctrinarum. consideratione 2. *ex hac radice concluditur duplex veritas: prima, quòd determinatio solius Papæ, in his quæ sunt fidei, non obligat vt præcisè est talis ad credendum: secunda veritas est, quòd sententia Papæ liget omnes fideles ad non dogmatisandum contrarium.*

Ioan. Gerson ibidem.

262. Nec enim illud est vnicum & solum remedium, quod contentionibus subortis in doctrina fidei adhibet Cancellarius Parisiensis in prædicto tractatu. *Superest quoque*, vt ait, *remedium Concilij generalis, cujus finalis, authoritatiua, judicialisque potestas, fundata est indestructibiliter in Verbo Dei, de correctione fraterna; quòd si Ecclesiam non audierit*, &c.

Gloss. Pragm. Sanct. tit. de elect. cap. licèt in verb. reseruationes in fine.

263. Nec vero Conciliorum generalium conuocandorum necessitas improbatur *nisi ab his, qui vix sibi libenter statuere volunt correctionis judicium*, teste glossa Prag. Sanct. tit. de elect. cap. licet. in verbo reseruationes. in fine.

Robert. Gaguin. in Carolo VII.

264. Sed & fidelissimo Historiæ nostræ obseruatore Roberto Guaguino ordinis redemptionis captiuorum ministro generali in Carolo VII. vbi ait: *quò mea sententia factum est, vt generales Synodos cogere Pontifices detrectent, formidantes suam tam latè patentem, ne dicam vsurpatam authoritatem Conciliorum decretis cohiberi.*


265. Verùm vt deinceps omnis disputandi locus præ-

cluderetur, sacra facultas Theologiæ Parisiensis legitimam sententiam de his omnibus quæstionibus, coram Augustissimo Senatu, in sex articulos diuisam exhibuit, quorum tribus prioribus articulis, Regiam authoritatem & potestatem in temporalia, à Deo solo dependentem agnoscit, nulli communicandam, ne quidem summo Pontifici: tribus posterioribus, S.P. authoritatem, etiam in spiritualibus, ad legitimum modum & rationem antiquorum Canonum reducit.

Declarationes Facult. Theologiæ Parisiensis.

266. Sed vt vniformis & consonans doctrina in toto Regno deinceps vigeret, à constantissimis Sorbonæ regulis mutuanda, prædictas Facultis Theologiæ declarationes, Senatus Parisiensis, non modò Curiæ scrinijs inscribi iussit; sed & ad singulos Territorij Baiulos & Seneschallos, atque etiam celeberrimas Academias deferri, singulorum actis inserendas, & publicandas, atque etiam perpetuæ executioni demandandas, decreto de die 30. Maij anni 1663.

Decretum Curiæ de die 30. Maij an. 1663.



SANCTI LVDOVICI FRANCORVM REGIS CHRISTIANISSIMI PRAGMATICA SANCTIO.

PROEMIVM.



VDOVICVS Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Pro ſalubri & tranquillo ſtatu Eccleſiæ Regni noſtri, nec non pro diuini cultus augmento, & Chriſti fidelium animarum ſalute; vtque gratiam, & auxilium omnipotentis Dei (cujus ſolius ditioni ac protectioni Regum noſtrum ſemper ſubjectum extitit, & nunc eſſe volumus) conſequi valeamus, quæ ſequuntur hoc edicto conſultiſſimo in perpetuum valituro ſtatuimus & ordinamus.

Articulus primus.

Primò vt Eccleſiarum Regni noſtri Prælati, Patroni, & Beneficiorum collatores ordinarij jus

suum plenarie * habeant, & vnicuique sua jurisdictio seruetur.

*In codice manuscripto Collegij Nauarræi & apud Heliam Archiepiscopũ Turon. in libello defensorii Concord. legitur *plenarium.*

Articulus secundus.

Item Ecclesiæ Cathedrales, & aliæ Regni nostri liberas electiones, * & earum effectum integraliter habeant.

* In eodem codice Nauarræo post verba, *electiones, additur promotiones, collationes.*

Articulus tertius.

Item simoniæ crimen pestiferum Ecclesiam labefactans, à Regno nostro penitùs eliminandum volumus & jubemus.

Articulus quartus.

Item promotiones, collationes, prouisiones, & dispositiones Prælaturarum, dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum & Officiorum * Ecclesiasticorum Regni nostri, secundùm dispositionem, ordinationem, & determinationem juris communis, sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei, atque institutorum antiquorum Sanctorum Patrum, fieri volumus & ordinamus.

*Apud Rebuff. in Concord. tit. de elect. in verb. simoniacis. vbi refert. textum hujus Pragmat. post verbum *Beneficiorum* legitur *Ecclesiasticorũ*, & post verbum *Officiorum* sublato verbo *Ecclesiasticorũ* reponũtur verba *Regni nostri.*

Articulus quintus.

Item exactiones, & onera grauissima pecuniarum, per Curiam Romanam, Ecclesiæ Regni nostri imposita, vel impositas, quibus miserabiliter Regnum nostrum depauperatum extitit, siue etiam imponendas, vel imponenda, leuari, aut colligi nullatenus volumus; nisi dunxtaxat pro rationabili, pia, & vrgentissima causa, vel ineuitabili necessitate, & de spontaneo & expresso consensu nostro, & ipsius Ecclesiæ Regni nostri.


Articulus

Articulus sextus.

Item libertates, franchisias, prærogatiuas, jura ac priuilegia, per inclitæ recordationis Francorum Reges prædecessores nostros, & successiuè per nos, Ecclesijs, Monasterijs, atque locis pijs, Religiosis, nec non personis Ecclesiasticis Regni nostri, concessas, & concessa, innouamus, laudamus, approbamus.

Mandatum de exequendo.

Earum tenore vniuersis justitiarijs, Officiarijs, & subditis nostris, ac locatenentibus, præsentibus & futuris, & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, districte præcipiendo mandamus, quatenus omnia & singula prædicta diligenter & attente seruent, teneant & custodiant, atque seruari, teneri, & custodiri inuiolabiliter faciant, nec aliquid in contrarium quouis modo faciant, vel attentent, seu fieri, vel attentari permittant; transgressores, aut contrà facientes tali pœna plectendo, quod cæteris deinceps cedat in exemplum; in quorum omnium & singulorum testimonium, præsentes litteras sigilli nostri appensione muniri fecimus. Datum Parisiûs anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo mense Martio.



COMMENTARIVS, SIVE GLOSSEMATA in Pragmaticam Sanctionem

SANCTI LVDOVICI FRANCORVM Regis Christianissimi, & primùm in Titulum & Epigraphem.

QVID SIT PRAGMATICA SANCTIO; & quæ ejus authoritas.

SVMMARIVM.

1. *PRæmittitur ordo & series tractandæ materiæ.*
2. *Quid sit Pragmatica Sanctio secundùm glossam Pragmaticæ Caroli VII.*
3. *Quæ sit ipsius Pragmaticæ definitio, & nominis ethimologia.*
4. *Exponitur ab ipsomet Ænea Siluio Pio II. S. P.*
5. *Quæ fuerit Iustiniani Imperatoris Pragmatica.*
6. *Quæ Tiberij II. Imperatoris in Nouellis.*
7. *Carolus Magnus Pragmaticam condidisse fertur.*
8. *Quæ fuerit Pragmatica Sanctio Sancti Ludouici.*
9. *Quæ Pragmatica Sanctio Caroli VII. & ex quibus decretis composita.*
10. *Quid Carolus VII. reprobauerit decretorum Concilij Basileensis.*
11. *Quæ occasio edendæ Pragmaticæ Sanctionis Sancti Ludouici.*
12. *Probatur ex postulatione per Senatum Parisiensem Ludouico XI. habita pro defensione Pragmaticæ.*
13. *Confirmatur & per glossam Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII.*

14. *Quæ commendatio & authoritas Pragmaticæ Sancti Ludouici à conditoris sanctitate.*
15. *Quæ & commendatio à tempore quo edita est.*
16. *Quæ à commendatione executorum ipsius legis à Sancto Rege inscriptorum.*
17. *Major authoritas ab eo quòd in sola juris communis dispositiones consistat.*
18. *In commendationem Pragmaticæ Sancti Regis refertur authoritas glossæ Pragmaticæ Caroli VII.*
19. *Commendatur Pragmatica Caroli VII. à Ioanne Iuuenali Vrsino Remorum Archiepiscopo coram Rege Carolo VII. perorante.*
20. *Commendatur & ab eodem Pragmatica Sancti Ludouici.*
21. *Glossa Pragmaticæ Caroli VII. in commendatione fuit apud exteros.*
22. *Helias Cardinalis & Archiepiscopus Turonensis non ausus impugnare Pragmaticam Sancti Ludouici.*
23. *Majori fide & religione inscripsit libello textum Pragmaticæ Sancti Ludouici, quàm compilatores Bibliothecæ Patrum.*
24. *Diuisio tractandæ materiæ in ipsa Pragmatica, & Commentarijs.*
25. *Pragmatica Sanctio Sancti Ludouici quamuis contracta plura continet documenta.*
26. *Non minùs diffusa quàm Pragmatica Caroli VII.*
27. *Præmonitio ad glossemata ipsius Pragmaticæ conficienda.*
28. *Præmittitur expositio mentis ipsius authoris in glossematibus habendis.*

1. ANtequam progrediamur ad ampliorem Commentarium ipsius Pragmaticæ Sanctionis Sancti Ludouici Francorum Regis, primùm inquirendum venit quid sit Pragmatica Sanctio, quilibet enim tractatus à definitione, siue notitia generali rei, quæ explicanda suscipitur, incipere debet.

Definitio Pragmaticæ Sanctionis ex gloss. Pragm. tit. de conclus. Eccles. Gall. §. & postremò in verb. pragmaticam.

2. Pragmatica itaque Sanctio, secundùm glossam Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. de conclusione Ecclesiæ Gallican. §. & postremò. in verb. Pragmaticam. dicitur propriè *illud quod Princeps de consilio procerum sentit & statuit, pro rebus communibus & vniuersitatis.*

L. vlt. Cod. de diuers. rescript. & pragmat. Sanct.
Definitio nominis siue ethimologia.

3. Sic & definitur in leg. vlt. Cod. de diuers. rescript. & pragm. Sanct. & pluribus aliis locis, quæ hîc glossa recludit abundantiùs; & vt rei definitioni nominis etiam definitionem subjungamus, siue ethimologiam, Pragmatica Sanctio dicitur *deliberatio seu resolutio de negotio vel causâ à collegio vel conuentu habitis.*

Æneas Siluius in commut.

4. Sic enim Æneas Siluius in suis Commentariis, antequam summus Pontifex Pij II. nomine factus, & acerrimus Pragmaticæ Caroli VII. oppugnator, definit Pragmaticam Sanctionem, *Quidam rescriptum Principis esse dixerunt, nos meliùs Sanctionem de causis possumus appellare, Pragma enim græcè, latinè causam significat, apud Gallos autem pragmatica Sanctio lex est quædam de negotiis Ecclesiasticis.*

Pragmat. Sanctio Iustiniani in fine Nouell. & in epitome Iuliani antecess.

5. Sic Iustinianus Imperator Pragmaticam Sanctionem edidit, vt confirmaret quæ ab Amalarico & Amalasunta Italiæ Præfectis decreta fuerant, quæ extat in fine nouellarum Codicis Iustinianei, & in Epitome Nouellarum Iuliani antecessoris in fine.

Pragmat. Tiberij ibidem.

6. Sic Tiberius II. Imperator Constitutionem promulgauit, quam Pragmaticam appellari voluit, vt statuta Iustini Imperatoris approbaret: in Nouellis Iustinianeis, & in eadem Epitóme Iuliani antecessoris, vbi & sacrum pragmaticum appellatur.

Pragm. Sanct. Caroli Magni secundùm Heliam Turonensem in libello defensorij concordatorum.

7. Sic Carolus Magnus Imperator & Rex Francorum Pragmaticam Sanctionem condidisse fertur, vt statuta ab vniuersis Imperij ordinibus decreta probaret, vt subaugurandum notat Helias Cardinalis & Archiepiscopus Turonensis in libello defensorij Concordatorum contra Pragmaticam Gallorum.

Pragmatica sancti Ludouici.

8. Sic Beatus Ludouicus Rex Francorum hanc nostram Pragmaticam Sanctionem edidit in consilio pro-

cerum Parisiis conuocatorum mense Martio anni 1268. in quorum congregatione & constitutiones suas in principio regni anni 1228. habitas, de electionibus, & collationibus ordinariis liberè faciendis, & juris communis obseruatione sanciendâ, confirmauit, dum secundam in partes transmarinas profectionem comitantibus liberis decreuit, anno sequenti executioni mandatam.

9. Sic Carolus VII. celebrem illam & vbique honorificè recolendam Pragmaticam Sanctionem Biturigibus edidit, per quam, Procerum & Magnatum congregatione habitâ, conuocatis etiam Academiarum Regni Antecessoribus, in Capitulo Regalis Ecclesiæ sanctæ Capellæ Bituricensis, quædam decreta Concilij Basileensis, quæ Ecclesiæ Gallicanæ regimini conuenientiora videbantur, admisit & confirmauit.

Pragmatica Sanctio Caroli VII.

Quid Pragm. Sanct. Caroli VII. admiserit decretorum Concilij Basileensis.

10. Verumtamen & illa decreta improbauit quæ minùs conducebant, vel post dissolutionem Concilij Basileensis edita fuerant, & Eugenij Papæ depositionem, quam neutiquam Rex Christianissimus probare voluit, nec Amedæo Duci Sabaudiæ in Pontificem electo, & Fœlicis Quinti nomine appellato obedientiam vllam præstare voluit.

Quid & rejecerit.

11. Quænam autem fuerit ipsius Pragmaticæ Sanctionis sancti Ludouici edendæ occasio, patet ex celebri illa expostulatione Senatus Parisiensis Ludouico XI. habita anno 1461. pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ, & Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. aduersus Romanam Aulam defensione, nempe in ejus quæ à Francisco Duareno Academiæ Bituricensis Antecessore Primicerio Latino sermone donata est, & subnexa tractatui de sacris Eccles. minist. art. 40.

Expostulatio Senat. Paris. Ludouico XI. pro defensione Pragm. art 40.

12. Namque ibi legitur [a] *cùm tempore S. Ludouici conarentur Romani libertatem electionum infringere: & iis malis de quibus jam diximus viam aperire; Is se Principem verè Pium, Christianum, & Catholicum, Custodemque & Protectorem Ecclesiarum sibi commissarum præbuit: Occurrit enim perniciosissimis conatibus & consiliis Romanorum, & Ec-*

a Item, *Et pource qu'au temps de Monsieur S. Loys ceux de Rome commencerent à vouloir empescher les ele-*

clesias in libertatem vindicauit. Hæc Senatus Parisiensis in expostulatione celebri.

ctions, & donner cours aux dessusdits inconueniens, Mõsieur S. Loys comme Prince Catholique, zelateur de la Religion Chrestienne, protecteur, gardien & defenseur des libertez des Eglises de son Royaume, & par bon aduis de conseil fit vn Edit & Ordonnance, & entre les autres choses ordonna les elections auoir cours en sondit Royaume qui auoient eu cours dés le temps dessusdit, & obuia au mal & confusion susdits, en quoy sondit Royaume fut encouru : si le droict de la liberté d'élire n'eut esté gardé & obserué.

13. Sed & glossator Pragmaticæ Sanctionis in tit. de elect. cap. licèt. in verbo reseruationes. paulò ante Asteriscum III. hanc Pragmaticæ Sanctionis sancti Ludouici promulgandæ occasionem subnotat iis verbis; *nec inuenies quòd à principio Ecclesiæ, vsque ad tempora dicti Beati Ludouici Francorum Regis, Romani Pontifices se de electionibus Prælaturarum intromiserint : sed quia tunc nisi sunt electiones impedire, & onera pecuniaria Beneficiis imponere, iterùm decreuit electiones in suo regno fieri debere, exactionesque cessare, quæ decreta inuiolabiliter obseruari fecerunt Ludouicus Hutinus, & Ioannes, multique alij Reges Francorum.* Hæc glossator Pragmaticæ.

Gloss. Pragm. tit. de elect. cap. licèt. in verb. reseruationes.

14. At verò magna semper fuit authoritas apud nos, atque etiam exteros, Pragmaticæ hujusce nostræ Sanctionis sancti Ludouici, non tantùm à solâ ipsiusmet conditoris commendatione, qui in Sanctorum catalogum adscribi meruit, vt & cum eo canonisari, vt ita dicam, debuerit.

c

15. Sed & maximè habitâ ratione temporis quo eam edidit, dum assidente Legato Sedis Apostolicæ, Regni proceribus, & Ecclesiæ Gallicanæ Prælatis Parisiùs conuocatis, iteratæ profectionis in partes transmarinas, fidei Christianæ propagandæ causa, ardore succensus, cruce denuò susceptâ, & à liberis paternę pietatis æmulis, vt Ecclesiæ Gallicanæ quieti profectionis tempore firmandæ consuleret, hanc sacram Sanctionem edidit.

Commendatio Pragmat. Sanct. sancti Ludouici.

16. Verùm enim & sacræ legis executionem Stephano Parisiensi Episcopo, de consilio Prioris Fratrum Prędicatorum, & Guardiani Fratrum Minorum Parisiensium, mandauit, litteris Parisiis inscriptis anno Domi-

Litteræ Regiæ anni 1269. mense Martio.

ni 1269. menſe Martio, quod & ſanctam conſtitutionem non minimùm commendare debet.

17. Sed & major authoritas addenda ex eo, quòd ipſa Pragmatica Sanctio ſancti Ludouici ſolis Sanctorum Patrum, & Conciliorum generalium decretis, de communi jure libertatis electionum, & collationum ordinariarum obfirmando, innitatur, adeo vt de pragmatica noſtra Sanctione ſancti Ludouici conuenientiùs dici poſſit, quàm aliàs de Pragmatica Sanctione Caroli VII. à gloſſatore ejuſdem in concluſ. Eccleſ. Gallican. in verbo Sanctionem.

Gloſſ. Pragm. tit. de concluſ. Eccleſ. Gallic. in verb. Sanctionem.

18. Verùm enim ibi legitur *Sed quid aliud impugnare nituntur, qui Pragmaticam Sanctionem incuſant, niſi jus commune;* & in verbo Pragmaticam. ait gloſſator ibidem. *& Beatus Ludouicus fecit vnam Pragmaticam pro juris communis in electionibus & collationibus beneficiorum defenſione, ſimiliter hæc pragmatica*, de ea quæ Carolum VII. authorem habet loquitur, *eſt decretorum Baſileenſium, imò juris communis conſeruatio*, vt de eadem Pragmatica Sanctione ſancti Ludouici comprobat idem gloſſator tit. de elect. cap. ſicut. §. quibus. in verbo juris. & Probus in addit. vnica.

Gloſſ. ibidem. id verb. Pragmaticam.

Gloſſ. Pragm. tit. de elect. cap. ſicut. §. quibus. in verba juris. & ibi Prob in addit. vnica.

19. Et his quidem accedit quod aliàs Ioannes Iuuenalis Vrſinus Remenſis Archiepiſcopus, oratione habitâ ad Carolum VII. de Pragmaticâ Sanctione præfatus eſt, [a] *Quòd ad ſacram Sanctionem*, inquit, *à Regiâ Majeſtate veſtrâ editam, quam Pragmaticam Sanctionem vocant, de electionibus, & collationibus ordinariis liberè exequendis, & de pecuniarum exactionibus amouendis, ſi vtique ſeruaretur, nihil aliud ex eo vſu & conſuetudine induceretur, quàm Sanctorum Patrum, & Conciliorum generalium decretorum obſeruatio.*

Remonſtrances au Roy Charles VII. de Iean Iuuenal des Vrſins Archeueſque de Reims.

a Entant que touche la loy ou ordonnance par vous faite touchant l'Egliſe, qu'on appelle Pragmtique Sanction ſur le faict des elections, exactions de finances, &c. ſi elle eſtoit bien gardée & obſeruée, c'eſt conſentir que les ſtatuts, ordannances, conſtitutions, & loix des ſaints Conciles generaux & des Saints Peres, & de vos predeceſſeurs ſoient gardées & obſeruées:

20. Sed & ibidem perſequitur, [b] *nec vnus es, aut ſolus inter Reges Franciæ, qui ſimilibus decretis Eccleſiæ ſaluti*

b Et n'eſtes pas le premier Roy qui a fait telles

choses : car qui bien veoit l'Histoire de Philippe le Conquerant, il ordonna le mesme. Si fit S. Louys qui est Sainct & canonisé & faut dire qu'il fit tres bien, vostre Pere & les autres les ont approuvé.

consuluerit; nam illud prodit ex Annalibus Philippum Triumphantem & victorem idem statuisse, similiter & Sanctum Ludouicum, qui & Sanctorum Catalogo adscriptus est, nec dubitandum Sanctissimum Principem in sacra lege sancienda, à recta via nequaquam deflexisse, hanc recolendæ memoriæ pater tuus sacram Sanctionem approbauit, vt & plures alij anteriores Gallorum Reges. Hæc Iuuenalis Vrsinus.

21. Sed enim quamuis plures vel summi Pontifices, vel alij summorum Pontificum motibus abblandientes, Pragmaticam Sanctionem Caroli VII. tanquam tutissimum Ecclesiæ Gallicanæ Palladium totis viribus propugnauerint, & tandem vt schismaticam condemnauerint, ejusdem tamen non modò glossemata apud ipsosmet Romanos & Vltramontanos authores commendationi habita sunt, vt vbique in commentarijs suis laudauerint locupletissimam supellectilem ipsius Sanctionis, quam diris addixerant, vt notat Probus in principio Pragmaticæ. in verbo Carolus. addit. 1.

Prob. in Proem. Prag. in verb. Carol. addit. 1.

22. Sed & inter tot hostes, etiam Gallos, nullus fuit qui hanc sacram, & Sancti Ludouici Pragmaticam Sanctionem concutere ausus fuerit, ne quidem Helias Turonensis Archiepiscopus, qui Cardinalitij Galeri præmio allectus, Pragmaticam Sanctionem Caroli VII. impugnare tentauerat, libello quem inscripsit defensorium Concordatorum inter Sixtum VI. & Ludouicum XI. contra Pragmaticam Gallorum Sanctionem. Namque ab ipsa Sancti Ludouici Pragmatica Sanctione impugnanda abstinuit, quinimo libello suo inscriptam collaudauit.

Helias Cardinalis & Archiepisc. Turonensis in libello defensorij Concordat.

23. Verùm enim quamuis Pragmaticæ Sanctionis infensissimus hostis, majori tamen fide & religione, hunc nostræ Sancti Regis Pragmaticæ Sanctionis textum suo libello inseruit, quam Sanctorum Patrum Bibliothecæ compilatores, qui vt pios se, & quodammodo magis Christianos fingerent, mendaces, & Regiæ Constitutionis temeratores haberi maluerunt, ab ea articulum 5. de pecuniarum per Curiam Romanam exactionis damnatione,

natione, resecando, vt monuit diligentissimus Curiæ Parisiensis protonotarius & scriba Ioannes Tillius in collectione rerum ad libertates Ecclesiæ Gall. pertinentium. *a*

Tillius in collect. rerum ad lib. Eccl. Gall. pertinentium.

a Et d'autant qu'en ces remõtrances est faite mention honorable de l'Ordonnance du bon Roy S. Louys, appellée vulgairement sa Pragmatique, nous l'auons voulu adjouter icy toute entiere & au vray, comme elle se trouue és anciens Registres, & comme elle a esté cy-deuant imprimée és plus vieils stiles du Parlement de l'an 1515. & mesme en vn liure de M. Helie Iadis Archeuesque de Tours, pour le Concordat imprimé à Tolose 1518. pour le moins auec plus de conscience & de Religion, que n'ont eu ceux qui l'ont esé corrompre & inserer, retranchée d'articles entiers, entre les Status Synodaux d'aucuns Euesques de Paris, & depuis en vn gros ramas, intitulé, Bibliotheca SS. Patrum: *voire en l'art. 5. aucuns en deux editions des* Ordonnances *& Edits des Rois.*

24. Est autem Pragmatica Sanctio Sancti Ludouici sic diuisa, vt primo pateat Proemium, in quo plures exponuntur rationes, propter quas consultissimum edictum promulgatum est. At verò ipsius Pragmaticæ Sanctionis textus in sex deducitur articulos. In primo agitur de libertate pleniori Collationum ordinariarum. In secundo tractatur de Canonicarum electionum libertate. In tertio de simoniæ crimine à Regno Franciæ penitùs eliminando. Quartus refertur ad primum & secundum, de majorum Beneficiorum siue prælaturarum dispensationibus, & minorum Beneficiorum collationibus, iuris communis dispositioni submittendis. In quinto agitur de oneribus pecuniarum, per Curiam Romanam, Ecclesiæ Gallicanæ impositis, amouendis, nisi certis de causis, de consensu Regio, & Ecclesiæ Gallicanæ alioquin imponendis. In sexto tractatur de priuilegijs, & immunitatibus Gallicanis Ecclesijs, à Regibus Christianissimis indultis, illibatè seruandis. Postea subditur ipsius Pragmaticæ Sanctionis inscriptio & adnotatio singulis Regni magistratibus illata, & mandatum de exequendo edicto consultissimo Pragmaticæ Sanctionis.

Proemium. Art. 1. Art. 2. Art. 3. Art. 4. Art. 5. Art. 6. Mandat. de exequ.

25. Et quamuis sanctissimi Regis Ludouici noni Pragmatica Sanctio in pauciores articulos contrahatur, tot tamen & tanta juris Canonici præcepta & purioris doctrinæ simul & disciplinæ Ecclesiasticæ continet docu-

menta; vt de ea congruentiùs dici possit quàm aliàs de lege 12. tabularum à Marco Tullio lib. 1. de oratore ex sententia Crassi proclamatum fuerit, *fremant omnes licèt, dicam quod sentio bliothecas me Hercule omnium Philosophorum vnus mihi videtur 12. tabularum libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & authoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare.*

Cicero lib. 1. de oratore.

26. Namque & illud ipsum de nostra Pragmatica Sanctione verum tenendum, quòd intra breuiores sex articulos quibus composita extitit, totum illud includit quod Pragmatica Sanctio Caroli VII. pluibus & diffusioribus titulis exposuit, Conciliorum generalium authoritatem, electionum canonicarum, & collationum ordinariarum libertatem, reseruationum Apostolicarum sublationem, jurisdictionis ordinariæ seruandæ modum, inhibitionem Annatarum, diuini Officij celebrandi decentiam, & alia quæ pleniùs sanxerat Bituricensis Congregatio: vt nihil amplius de abrogatione Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. conquerendum habeamus, cùm vtique Sancti Ludouici Pragmaticam Sanctionem intactam huc vsque seruauerimus.

Præmonitio ad glossemata Pragmaticæ Sanctionis S. Ludouici.

27. Sed antequam ad ipsius Pragmaticæ Sanctionis glossemata accedamus: illud prænotandum habemus, non vtique singulis verbis & terminis ipsius Constitutionis Regiæ explicandis inhærere nostri esse propositi; plura enim sunt communia tum Pragmaticæ Sanctioni Caroli VII. ab illustrissimo Præside Cosma Guimierio glossis illustratæ, tum Concordatis Bononiensibus Francisci I. Regis Franciæ Christianissimi, à Petro Rebuffo juris Pontificij interprete luculento Commentario donatis, quibus vtique communia verba abundè exposita hisce nostris glossematibus accommodari poterunt, & ad ea remissio fieri conuenientior.

28. Verùm enim his solis verbis insistemus, quæ specialem, & nondum luci redditam interpretationem admittant, vel ipsis Sancti Ludouici temporibus conuenientem, cæteris sacræ Sanctionis verbis & terminis, vt

minùs vtilibus, dimiſſis; vel ab anterioribus & prolixioribus Commentarijs Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. & Concordatorum Bononienſium lucem vel maximam accipientibus. Nec enim noſtri eſt inſtituti prolixiora & inutilia Commentaria addere, quæ potiùs textum ipſum præfocent, quam viuificent.

PROEMIVM.

LVDOVICVS Dei gratia Francorum Rex.[a] ad perpetuam rei memoriam.[b] Pro ſalubri & tranquillo ſtatu Eccleſiæ Regni noſtri,[c] necnon pro diuini cultus augmento,[d] & Chriſti fidelium animarum ſalute;[e] vtque etiam gratiam, & auxilium omnipotentis Dei[f] (cujus ſolius ditioni ac protectioni Regnum noſtrum ſemper ſubjectum extitit, & nunc eſſe volumus)[g] conſequi valeamus,[h] quæ ſequuntur hoc edicto conſultiſſimo[i] in perpetuum valituro[k] ſtatuimus & ordinamus.[l]

SVMMARIVM.

1. *Qualibet leges incipiunt à conditoris nomine.*
2. *Quis fuerit Pragmaticæ noſtræ Sanctionis conditor.*
3. *Quid ſignificet Ludouici nomen.*
4. *Quotus fuerit in ordine & prænotatione nominis Pragmaticæ conditor.*
5. *Benedictio & propagatio nominis Ludouici.*
6. *Quænam fuerit profeſſio Regum Franciæ, ſe* Dei gratiâ Reges *nominantium, & quæ origo.*
7. *Reges Franciæ nullam in temporalibus ſuperiorem agnoſcunt.*

8. *Vnde gladium, potestatis Regiæ symbolum ab altari accipiunt.*
9. *Vnde Ludouicus Pius in consortium Regni à Carolo patre assumptus coronam ab altari acceperit.*
10. *Major authoritas in nomine Regis, quàm Imperatoris.*
11. *Quæ differentia inter coronationem Regum Franciæ, & Imperatorum.*
12. *Probatur major authoritas in Rege, quàm in Imperatore ex not. Aduocat. Paris.*
13. *Probatur & illud ex responsis Oratorum S. Ludouici ad Federicum Imperatorem.*
14. *Remissio ad varios authores tractantes de commendatione Regum Franciæ.*
15. *Quid significent verba* ad perpetuam rei memoriam.
16. *Differentia inter rescripta justitiæ & gratiæ, & vt priora annalia sint.*
17. *Litteræ gratiæ perpetuæ, & mansuræ.*
18. *Edicta Prætorum ab initio annua, posteà perpetua.*
19. *Quid verba* pro salubri & tranquillo Ecclesiæ statu.
20. *Reges Franciæ constitutiones ediderunt de politia Ecclesiastica.*
21. *Seruantur & illæ constitutiones à SS. P P.*
22. *Plura referuntur exempla sacrarum & Regiarum in id constitutionum.*
23. *Quid importent verba* pro diuini cultus augmento.
24. *Plura exempla Regiarum constitutionum cultus Diuini ordinem concernentium.*
25. *Quid verba* Christi fidelium animarum salute.
26. *Plures in id Regiæ constitutiones, & vt plurimùm motiuæ rationes fuerunt.*
27. *Quid verba* vtque etiam gratiam & auxilium omnipotentis Dei consequi valeamus.
28. *Salutis animarum procurandæ ratio à solo Deo Regibus commissa, & illius soli Deo ratio reddenda.*
29. *Publicæ in id preces indictæ pro salute Regum.*
30. *Exemplum celebre in Ludouico XII. seruando.*

31. *Publicæ preces & processiones indictæ in Synodis Gallicanis pro salute Regum.*
32. *Quid verba* Cujus solius ditioni & protectioni Regnum nostrum semper subjectum extitit, & nunc esse volumus.
33. *Protestatio Legatorum Regis in Constantiensi Synodo, de non parendo monitionibus Imperatoris.*
34. *Quid verba specialia* & nunc esse volumus.
35. *Vt Rex Ludouicus XIII. exemplo S. Ludouici Regis Regnum Franciæ protectioni Beatæ Virginis commiserit.*
36. *Quid verba* edicto consultissimo.
37. *Edictum consultissimum idem ac Pragmatica Sanctio.*
38. *Probatur edicti consultissimi, & Pragmaticæ Sanctionis nominandæ æqua ratio.*
39. *Quid verba* in perpetuum valituro.
40. *Quid verba* statuimus & ordinamus.
41. *Quid verba* ordinamus *separatim sumpta.*

1.ª LVdouicus Dei gratiâ Francorum Rex.* Incipit à conditoris nomine, vt quælibet leges & sanctiones, quæ à Regia Majestate singulis vtique prouincialibus & subditis veneranda, authoritatem mutuantur.

2. Is fuit Ludouicus IX. Sanctorum catalogo adscriptus, filius Ludouici VIII. nepos Philippi Augusti Adeodati; à quibus, vt & à Blancha matre, pietatem & deuotionem in Sedem Apostolicam, vt & in tuendis & defendendis Ecclesiæ Gallicanæ juribus constantiam præcepit.

3. Sed & illud ipsum Ludouici nomen prænotare videbatur, nam hæc vox *Ludouicus* ex ipsius nominis ethymo significat *excellentem præ cæteris*, à compositione nominis Germanici & Theutonici, à quibus pleraque Regum nostrorum nomina proueniunt, apud quos illa dictio *Leud* significat *populum,* vt & dictio *Vuich* significat *excellentem*; & idem de nomine *Clodouæi* quod ex additione litteræ H commutata in C conflatum est, vt inde

Guido Conchil. in historia Niuernenfium.

efficiatur *Leudvvich*, *Clodvvich*, vt obferuat accuratiffimus hiftoriæ Niuernenfis perfcrutator Vidus Conchilius.

4. Et ille quidem fuit Francorum Rex quadragefimus quartus, & inter Ludouici nomine prænotatos Reges nonum locum occupat, incipiendo à Ludouico Pio, non à Clodouæo, funt enim anteriores tres Reges Franciæ nomine Clodouæi, primæ Regum noftrorum ftirpi adfcripti, qui Ludouici nomen, à fecunda tantùm ftirpe incipiens, longiùs producerent.

5. Nec tamen aliud eft nomen quod in tantum extendi meruerit, vel cœleftibus gratiis ditari abundantiùs, hic enim Pragmaticæ Sanctionis conditor verè fanctus fuit, & nomini fuo tantam benedictionem infundi meruit, vt modernus Rex nofter Ludouicus Adeodatus, Auguftus, Triumphans, & vbique Victor, decimum quartum inter Ludouicos locum occupet, fœlici prole Delphini beatus, quorum progenies, ab Henrico verè Magno, & Ludouico Iufto patre & auo profiliens, fanctiffimi Regis Ludouici IX. propagine, à Roberto Comite Claromontano & Borbonio, pofteriori S. Ludouici filio, ad Henricum IV. fœliciter continuatâ, Imperio Gallico præeft, & in longæuos annos Deo propitiante præerit.

6. Poftquam igitur facram Sanctionem à nomine fuo aufpicatus eft, fe *Regem Francorum Dei gratià profitetur*, quæ profeffio in Regibus Francorum primæ ftirpis incognita, cœpit à Carolo Magno, fecundæ ftirpis & familiæ Regum capite, & in tertiam, vfque ad tempora Ludouici noftri progreffa eft; verè pia & fancta profeffio, quæ folum Deum authorem agnofcit, & omnem alienum terrenum Dominum, fiue poteftatem refpuit.

Cap. per venerabilem. qui filij fint legitimi.

7. Reges enim Franciæ nullum in temporalibus fuperiorem agnofcunt, ipfo teftante Innocentio III. in cap. per venerabilem. qui filij fint legit. funt Vicarij Dei in temporalibus, poteftatem Regiam à folo Deo mutuati.

8. Quapropter Reges Franciæ inaugurandi, gladium, poteſtatis Regiæ ſymbolum, vt & meri Imperij in leg. 3. Dig. de juriſd. omn. jud. altari impoſitum accipiunt, vt habent veteres Ceremoniographi.

9. Sed & Ludouicus Pius à Carolo Magno in conſortium Regni aſſumptus, coronam ab altari accepit, teſte Præſide Falcetio in antiquit. Gallicis. lib. 7. cap. 17. nec verò à patre cooptante, & in conſortium Regni admittente.

Præſ. Falcet. in antiquit. Gall. lib. 7. cap. 17.

10. Tandem ſe *Regem* profitetur, non Imperatorem, quamuis in plerisque Reges Francorum Imperatores dicti ſint, Regis tamen nomen frequentiùs aſſumpſerunt, quàm Imperatoris, quia alterum majoris poteſtatis, & à nemine dependentis Iudex eſſe perhibetur, quàm nomen Imperatoris.

11. Reges enim Francorum à Remenſi Archiepiſcopo ſibi ſubdito coronam accipiunt, vel etiam ab altari cui imponitur, vt & gladium Regiæ authoritatis ſymbolum, Imperatores à ſummo Pontifice aſſumunt, tanquam ab Vniuerſalis & Catholicæ Eccleſiæ Principe.

12. Sed & illud probat vtique Aduocatus Pariſienſis in notis ad Decij lecturam priorem in rubrica Decretalium de conſtitut. in verbo Imperator. his verbis, *Sed certè antiquior, plenior, & dignior eſt authoritas, nomen, & poteſtas Regis, quàm Imperatoris; vnde, vt Cornelius Tacitus, & Dionyſ. autumant, Octauius non fuit auſus Rempublicam occupare titulo Regis, ſed titulo Imperatoris, tanquam longè inferiori, Vide Petr. Bellugam. in Speculo* Princip. *rubrica 14. Alciatum* Parerg. *lib. 7. cap. 13. nomen enim Imperatoris eſt nomen Ducis ſubditi; præſcripta mandata habentis; nomen verò Regis eſt nomen æquitatis. Bald. conſil. 327. Lucas de penna lib. 1. de capit. cur. cenſ. exig. col. 2. lib. 1.* Hæc Aduocat. Pariſ.

Aduoc. Pariſ. ad lect. Decij in rubrica de conſtitut. in verb. Imperator.

13. Verùm & illud manifeſtiùs patet ex celebri illa oratione Legatorum S. Ludouici, & Franciæ Baronum ad Imperatorem Federicum demandatorum, vt ipſimet Imperatori renunciarent ſanctiſſimum Regem,

Orat. Legat. Regiorum & ad Greg. IX. & ad Federicum Imperatorem.

& ipsos Franciæ Barones, ociùs abjecisse Gregorij IX. oblatam ipsius Roberti Comitis Atrebatensis in Imperatorem electionem, hâc solâ ratione, quòd vtique crederent, *Regem Galliæ, quem linea Regij sanguinis prouexit ad Sceptra Francorum regenda, excellentiorem esse quolibet Imperatore, quem sola electio voluntaria prouehe-ret, atque etiam sufficere Domino Comiti Roberto fratrem esse tanti Regis.*

Reductio ad authores tract. de præeminét. Reg. Gall.

14. Qui autem plura nosse voluerit ad ea verba, adeat gloss. pragm. sanct. in proœm. ad eadem verba Dei gratia Francorum Rex. & Rebuffum in concordat. in ipsa proœm. fronte. ad eadem verba. Item collect. lib. Ecclef. Gallic. & probation. earumdem. & commentarium. Item Caroli Grassalij Regalia Franciæ. & Ioann. Feraldi Lilia Franciæ. tractatum Vincentij Cicadæ super Bello Italico. Item modernum authorem Hieronymum Bignonium doctissimum in Senatu Parisiensi Regis Aduocatum in tractat. de excellent. Reg. Franc. & plures alios, vt nihil ampliùs desiderandum supersit.

15. B. *Ad perpetuam rei memoriam.* Idem quòd in pragmatica Sanctione Caroli VII. & concordatis, *Vniuersis præsentes litteras inspecturis*, & quod infrà in eodem articulo in fine, *hoc edicto consultissimo in perpetuum valituro:* Namque leges publicæ sunt perpetuæ, & earum obseruatio in perpetuum extenditur, ad differentiam legum priuatarum, vel priuilegiorum, quæ tempore finiuntur.

16. Et in eo etiam differentia est inter rescripta justitiæ, & rescripta gratiæ, rescripta enim justitiæ, sicut omnia officinæ codicillari & Regiæ programmata annalia sunt, nec executioni mandata vnius anni lapsu intermoriuntur, quod apud nos appellatur *suran, suranner*, vt habetur in cap. plerumque. de rescript.

Cap. plerumque. de rescrip.

17. Litteræ autem gratiæ perpetuæ sunt, quia beneficium Principis decet esse mansurum, cap. beneficium. de regul. jur. in 6. quæ autem sunt publici juris, perpetua erant, in lege falso. Cod. de de diuers. rescript. & Pragm. Sanct.

Leg. falso. Cod. de diuers. rescript. & Pragm. Sanct.

18. Sed

18. Sed & illud eò ſucceſſit, vt cùm ab initio edicta Prætorum annua eſſent, vt eorum officia, tandem perpetua effecta ſunt, ne crebra mutatio regimen publicum perturbaret, & Iureconſulti ad edictum perpetuum ſcribere cœperunt, vt Iulianus, & alij.

19. C. *Pro ſalubri & tranquillo ſtatu Eccleſiæ Regni noſtri:* Ex hoc loco patet Reges Francorum de exteriori Eccleſiæ regimine leges condere ſolere, & rectè; vna enim Regni totius & Imperij politia, in qua & ipſa Eccleſia conſiſtit, quæ ad Regem ſpectat, vel ipſo dictante Optato Mileuitano Epiſcopo lib. 3. de ſchiſm. Donatiſt. *Quòd reſpublica non eſt in Eccleſia, ſed Eccleſia in republica,* id eſt, Imperio Romano, vt fuſiùs explicat Balduin. ad eum locum. Optat. Mileuit. lib. 3. de ſchiſmate Donatiſt.

20. Sed & Reges noſtri, plures conſtitutiones de rebus ſpiritualibus, vt & de politiâ Eccleſiaſticâ ediderunt, quæ etiam in corpore juris Canonici relatæ ſunt, vel, vt aiunt, canoniſatæ, exemplo ſint Capitularia Caroli Magni de rebus Eccleſiaſticis edita, Ludouici Pij, & Caroli Calui, quæ habemus ex collectione Anſegiſi Abbatis & Benedicti Leuitæ, & poſteriora ex collectione Iacobi Sirmundi. Balduin. ibid. Capitul. Caroli Magni, Ludouici Pij, & Caroli Calui.

21. Verùm enim & illa Leo IV. ſummus Pontifex Lothario Auguſto reſcribens profitetur ſe irrefragabiliter obſeruaturum, in can. de Capitulis. diſtinct. 10. quidquid hîc Archidiac. & Cardinal. Alexand. *ex ſumma humilitate dictum allucinentur.* vt notat Aduoc. Pariſ. ibidem. Can. de Capitulis, diſtinct. 10. Not. Aduoc. Pariſ. ibidem.

22. Exemplo ſit & noſtri Sancti Regis hæc Pragmatica Sanctio, & alia plura decreta, vt & Caroli V. Sapientis edictum de conſeruatione libertatis Eccleſiaſticæ, Caroli VII. item Pragmatica Sanctio, Ludouici XII. Henrici II. Caroli IX. & cæterorum edicta.

23. D. *Necnon pro diuini cultus augmento;* Item conſtat Reges Franciæ de diuini cultus augmento leges ſtatuere poſſe, quia & ille cultus pars eſt exterioris politiæ, cujus regimen Chriſtianiſſimis Regibus competit,

N

vnde sæpiùs curam susceperunt ipsius cantus, & officij Ecclesiastici reformandi, vt & Breuiariorum, & Missaliuni.

Prob. libert. Eccles. Gallic. cap. 31. & 35. per totum. & commentar. ad art. 10.

24. Sed enim de his plura prostant exempla in collectione probat. libert. Eccles. Gallic. cap. 31. & 35 per totum. & in Commentario ad eas libertates art 10. & aliis passim, ad quæ recurrendum, vt & in Pragmatica Sanctione Caroli VII. plura statuta & decreta habemus, de diuino officio celebrando, & horis canonicis majori etiam decentiâ recitandis, à titulo 10. ad titulum 19.

25. E. *Et Christi fidelium animarum salute.* Sed & Reges nostri salutis animarum plebis sibi commissæ præcipuam curam gerere debent, vtque pleniùs consulant, hoc habent in primis satagere, vt vigilantissimi pastores ordinentur, vt alendis & subleuandis congrua portio inferatur.

Collect. rerũ ad Clerum Gallican. pertinent.

26. Verùm enim & de his plures constitutiones Regias habemus in compilatione rerum ad Clerum Gallicanum pertinentium, & ea plerumque fuerunt motiua & rationes quæ in procemio Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. & in tit. de electionibus & de collation. & alibi passim diffusiùs exponuntur, ad quæ recurrendum, vt & ad ipsum concordatorum procemium. & Rebuffum ibidem.

27. F. *Vtque etiam gratiam & auxilium omnipotentis Dei consequi valeamus.* Non est alia ratio promptior vel efficacior diuinæ gratiæ promerendæ, vel auxilij diuini consequendi: nam in his tribus sacræ Sanctionis præmissis articulis, scilicet Ecclesiæ Gallicanæ pace & quiete firmandâ, diuini cultus augmento, & Christi fidelium animarum salute procurandâ, totum vigilantissimi & sanctissimi Regis consistit munus & officium.

28. Sed & illud à solo Deo Regibus nostris commissum, & cui soli rationem reddere debent, vt solemni sacramento inaugurationis suæ & consecrationis de Ecclesia Gallicana tuenda & defendenda, & Regni juribus illibatè seruandis, satisfaciant abundantiùs,

29. Et ex eo eſt vt non modo Eccleſia Gallicana, ſed & vniuerſalis & Catholica, omnipotenti Deo preces fundere conſueuit, vt Regibus Franciæ gratiam impertiatur pleniorem, & plura ſunt veſtigia publicarum precum in Synodis Gallicanis decretarum, pro ſalute Regis & incolumitate.

30. Sed & illud temporibus Ludouici XII. Patris populi dicti contigit, referente Claudio Reuerſey Præcentore & Canonico Senonenſi in hiſtoria Archiepiſcoporum Senonenſium, vt Ludouicus Rex à Prælatis Eccleſiæ Gallicanæ Turonis congregatis obtinuerit, vt quotidie, ad eleuationem Corporis Chriſti, in omnibus Regni Eccleſiis, inter Miſſarum ſolemnia hymno decantari ſolito adderetur peculiaris illa deprecatio; *Da robur, ſerua lilium.* Claud. Reuerſey in Hiſtor. Archiepiſcop. Senonenſ.

31. Nec etiam Congregati Patres in Synodis Gallicanis deliberationes incipiebant, niſi præmiſſis in fauorem Regum noſtrorum precibus, & publicis etiam proceſſionibus indictis, quarum teſtimonia in prima & ſecunda Regum noſtrorum ſtirpe & familia, & monumenta conſtantiſſime obſeruata depromenda ſunt ex volum. 1. probat. lib. Eccleſ. Gallican. cap. 11. ab articul. 1. ad articulum 31. Vol. 1 probat. Eccleſ. Gallic. lib. cap. 1. ab art. 1. ad 31.

32. G. *Cujus ſolius ditioni, ac protectioni Regnum noſtrum ſemper ſubjectum extitit, & nunc eſſe volumus.* Hæc clauſula refertur ad præcedentem *Dei gratia*, quibus Rex ſanctiſſimus profitetur Regnum Franciæ ſolius Dei ditioni ac dominio ſubmiſſum eſſe, Rex quippe Franciæ in Regni ſui adminiſtratione, eſt Dei Vicarius in temporalibus, Imperator, & Papa, vt omnem aliam poteſtatem temporalem excludat, ſolum Dei ſupremum dominium recognoſcens, vt pluribus probat Vincentius Cicada in tractatu ſingulari ſuper bello Italico. Vincent. Cicada in tract. ſuper bello Italico.

33 Et ex eo fuit vt Legati Regis Chriſtianiſſimi Caroli VI. Concilio generali Conſtantienſi, authoritate Sigiſmundi Imperatoris conuocato comparentes, publice proteſtati fuerint, ſe, vt ſolis Regis Chriſtianiſſimi

Vicent. Cicada in tract. super bello Italico. cap 3. *An Papa sit supra Concil.um.*

Domini sui mandatis obedirent adesse, nec verò vllis Imperatoris monitionibus satisfacturi, vt probat idem Cicada in cap. 3. an Papa sit supra Concilium.

34. Nec tantum sanctissimus Princeps ex prædecessorum suorum Regum Franciæ deuotione, Regnum suum solius Dei ditioni & dominio submissum esse profitetur, sed & nunc submissionem ab anterioribus Regibus aliàs prefessam, renouat, quo tempore cruce denuò suscepta, secundam in partes transmarinas, Religionis Christianæ propagandæ gratia, profectionem meditaretur, vt absens Reipublicæ Christianæ causa, diuinæ tutelæ & custodiæ Regnum committeret.

DeclaratioRegis de die 10. Februarij anni 1638.

35. Sed & eo Sanctissimi Regis exemplo motus Christianissimus Princeps Ludouicus Iustus, Regis nostri moderni recolendæ memoriæ parens, Regnum suum Virginis Deiparæ protectioni, solemni declaratione de die 10. Februarij anni 1638. commendauit, indicta singulis annis in Festo Assumptionis Beatæ Virginis celebri & generali processione, comitantibus cujusque vrbis magistratibus, in exsolutionem voti Diuæ matri illati.

Lege cōsultissima.l.cōsulta. cod.de testam.

§. Sed & quod Principi.instit. de jure natur. gent. & Ciuili.

36. H. *Edicto consultissimo* Pragmatica Sanctio dicitur edictum consultissimum, sicut lex consultissima in lege hac consultissima. Cod. de testam. & consulta diualia, in lege consulta. cod. eod. tit. alia enim sunt edicta Principuum, *quæ proprio motu præcipit, alia quæ cognoscens decreuit,* in §. sed & quod Principi. instit. de jure naturali gent. & ciuili. *Alia quæ Consilio adhibito promulgantur.*

Gloss. Pragm. tit. de concl. Eccl. Gall. § & postremo. in verbo Pragmaticam.

37. Verùm enim Pragmaticam Sanctionem, ad inscriptionem & Epigraphem hujus nostræ Pragmaticæ definiuimus ex mente glossatoris Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. tit. de conclus. Eccles. Gallic. §. & postremo. In verbo Pragmaticam. *Quod Princeps de Concilio procerum sentit & statuit de rebus communibus & vniuersitatis*, ita edictum consultissimum dicendum constitutio Regia de Concilio procerum promulgata.

38. Sed & his congruit, quod cum edictum secundum leges sit ea pars juris, & principalis Sanctionis, quam proprio motu; & de certa scientia Princeps edicit, §. Sed quod Principi.de jure natur. gent. & ciuili. in instit. suprema illa & liberior edicendi potestas, Consilio procerum temperata, edictum consultissimum dicitur, & idem est ac Pragmatica Sanctio.

§. Sed & quod Princip. instit. de iure natur. gent. & ciuili.

39. I. *In perpetuum valiturο*, illud supra expositum est, ad verba præcedentia *ad perpetuam rei memoriam*, edicta quippe sunt perpetua, maxime ea quæ juris communis declarationem continent, vt nostra Sancti Regis Pragmatica Sanctio, quæ solam electionum Canonicarum, & collationum ordinariarum libertatem confirmat, secundum præcepta antiquorum Ecclesiæ Canonum, & Sanctorum Patrum decreta, exequendam, quæ vbique, & in perpetuum seruari debent, nullo tempore interclusa, vel intermoritura.

40. K. *Statuimus & ordinamus*, statuere verbum proprie ad prætorem, iudicem, vel arbitrum pertinet, vel ipsomet teste doctissimo Præside Brissonio in tractatu de verb. signif. in verbo statuere. attamen secundum eiusdem interpretationem, & quandoque Princeps statuere dicitur, vt in lege 1. Cod. pro quibus Caus. serui pro præm. libert. accip. leg. 4. de delator. leg. 1. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. & hic.

Brisson. de verb signif. in verbo statuere. Lege 1. Cod. pro quib. caus. serui pro prœm. lib accip l. 4. de delat. l. 1. Cod. de præscript. long. temp.

41. Item verbum *ordinamus* & pro legis promulgatione accipitur, vt apud Budæum *ordinatum atque Constitutum*, *& in lege 4. Cod.* de sentent. ex pericul. recitand. *hac lege perpetuò credimus ordinandum*, vnde & verbum nostrum Gallicum *ordonner*, *ordonnance*.

Budęus in pandect. l 4 Cod. de sent. ex per. recit.

ARTICVLVS PRIMVS.

* In Codice manuscripto Nauarræo legitur *plenarium.* & apud Heliam Turonensem in defensorio Concordatorum.

Primò vt Ecclesiarum Regni nostri Prælati, [a] Patroni, [b] & Beneficiorum collatores ordinarij [c] jus suum plenarie * habeant, [d] & vnicuique sua jurisdictio seruetur. [e]

SVMMARIVM.

1. *HIc Articulus pars est prioris Constitutionis Sancti Regis anni 1228.*
2. *Quid verba* vt Ecclesiarum Regni nostri Prælati, *atque etiam ordo & series tractandæ materiæ.*
3. *Qui sint Prælati generaliter, vel stricte sumpti.*
4. *Quid notet ethimon verbi* Prælati, *& quare rescripta Pontificia dignitatem habentibus inscribi debent.*
5. *Qui sint proprie* Prælati.
6. *Variæ Prælatorum species enuerantur.*
7. *De quibus Prælatis in hoc articulo agatur, & de libertate in conferendo obfirmanda.*
8. *Nullis reseruationibus Apostolicis, aut gratijs expectatiuis grauari debet eorumdem collatio, licet tunc inuectus esset vsus.*
9. *Reseruationes, aut gratias expectatiuas noluit admittere Ecclesia Gallicana.*
10. *De Prælatis Regni agitur, & quomodo illud intelligendum.*
11. *Exemplum à feudis quæ sunt profana Beneficia.*
12. *Quid importet verbum* Patroni.
13. *Quid Patronatus, & quæ Patronum efficiant.*
14. *Ius Patronatus est seruitus, quæ sola destinatione non inducitur.*
15. *Ius Patronatus longa possessione adquiritur.*

16. *Variæ Patronorum species, & differentiæ.*
17. *Differentiæ inter patronos, in præsentandi tempore.*
18. *Differentia quoad variationem damnatam, & constantiam in Ecclesiasticis præscriptam.*
19. *Patronus laïcus variare potest.*
20. *Patronus Ecclesiasticus indignum vel in rapacem præsentando, excidit iure præsentationis pro hac vice, & quare.*
21. *Patronus laïcus quando variare possit, & vt illud moderationem recipiat.*
22. *Patronus laïcus præueniri non potest, ne dum à S. P. aut Legato.*
23. *Vbi S. P. derogat iuri Patronatus laïco, locus est appellationi tanquam ab abusu.*
24. *Probatur id varijs authoritatibus, & decretis.*
25. *Patronus Ecclesiasticus nedum præueniri potest, sed sperni à S. P. & Legato.*
26. *S. P. & Legatus Maiorem potestatem habet in Patronatu Ecclesiastico, quam in laïco.*
27. *S. P. iuris positiui & Ecclesiastici supremus moderator & arbiter.*
78. *Nota Aduocati Parisiensis ad hunc articulum, in stilo Parlamenti inscriptum.*
29. *Refertur nota, & Constitutioni illustrandæ additur.*
30. *Subnotatio compilatorum probationum libertatum Ecclesiæ Gallicanæ ad hunc Pragmaticæ nostræ articulum.*
31. *Responsio Regia ad articulum propositionum Eugenij IV. de iure Patronatus laïco seruando.*
32. *Querela sacri Imperij ordinum Norimbergæ congregatorum, de frequentiori derogatione iuri Patronatus Ecclesiastico.*
33. *Querelæ tamen nusquam satisfactum.*
34. *Differentia inter effectum derogationis iuri Patronatus tum laïco, tum Ecclesiastico, quoad Papam.*
35. *Ordinarius ne quidem iuri Patronatus Ecclesiastico derogare potest.*
36. *Non conquerente Patrono etiam laïco, firma manet*

collatio, tum à S. P. tum ab ordinario facta.

37. *Quid significent verba* Beneficiorum collatores ordinarij.

38. *Ordinarij nomine quinam veniant.*

39. *Ordinarij nomine generaliter sumpto, venit S. P. Legatus, & Vicarij Episcoporum.*

40. *Ordinarij nomine strictè sumpto quinam veniant.*

41. *Quid significent verba* Ius suum plenariè habeant.

42. *Hujus textus variæ lectiones referuntur.*

43. *Vti quidam ex his verbis excludere tentent præuentiones Apostolicas.*

44. *Reductio verborum* Ecclesiarum Regni nostri, *& eorumdem explicatio.*

45. *Verus intellectus verborum ius suum plenarie, aut pleniarium habeant, vnde euincitur non adiecta præuentionibus Apostolicis cohibendis.*

46. *Intelligenda de reseruationibus Apostolicis, & gratijs expectatiuis condemnandis.*

47. *In id expostulationis Senatus Parisiensis de Pragmaticæ Sanctionis defensione coram Ludouico XI. habitæ articulus 40. expenditur.*

48. *In idem glossatoris Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. locus refertur.*

49. *Quæ fuerunt ibi querelæ tum Senatus Parisiensis, tum glossatoris Pragmaticæ.*

50. *S. P. concurrit cum omnibus collatoribus totius Christiani orbis.*

51. *Probatur varijs juris Canonici authoritatibus.*

52. *Ordinaria S. P. conferendi potestas non impedita per concursum ordinariæ potestatis Diœcesanorum.*

53. *Nec enim conferendi potestas data intelligitur priuatiuè, sed cumulatiuè.*

54. *Exemplum profertur in iurisdictione communi inter plures.*

55. *Quando impugnari cœperint præuentiones Apostolicæ.*

56. *Neglecta oratorum Regis, & sacræ congregationis Bituricensis querela, de præuentionibus Apostolicis.*

57. *Præuentiones Apostolicæ confirmatæ per Concordata Bononiensia,*

76. *Iurisdictionis verbum in hoc articulo insumptum de vtraque jurisdictione intelligendum.*
77. *Seruanda igitur etiam S. P. vtraque jurisdictio.*
78. *Quid significet verbũ* jurisdicto sua *separatim acceptum.*
79. *Quid prænotet verbum* vnicuique.
80. *Quid & inferat verbum* seruetur.

1. HIc articulus cum sequenti, & articulo 4. partes sunt Constitutionis sancti Ludouici initio Regni & Imperij sancitæ & promulgatæ, anno scilicet 1228. & referuntur in veteri stilo Parlamenti parte 3. tit. 3. de elect. & tandem in suam Pragmaticam Sanctionem eosdem articulos prioris constitutionis inscripsit, vt major illis authoritas adderetur.

2. A. *Primò, vt Ecclesiarum Regni nostri Prælati.* Agit in hoc hoc primo articulo sanctissimus Pragmaticæ conditor de collationum ordinariarum libertate obfirmanda, in quibuscunque Regni Gallicani collatoribus ordinariis: & primò in Prælatis, secundò in Patronis, & posteà generali vocabulo complectitur cæteros omnes beneficiorum collatores ordinarios.

3. Incipit itaque à Prælatis; & dicuntur Prælati vel generali vocabulo prænotati, vel speciali, generaliter acceptum Prælati vocabulum majores & minores Prælatos, primi, & secundi ordinis comprehendit; propriè autem dicuntur Prælati qui habent præeminentiam & jurisdictionem in Ecclesia, & hoc nomine comprehenduntur omnes dignitates, vel majores, vel minores.

Definitio Prælatorum.

4. Prælati autem, vt notat ethimon vocabuli, dicuntur præ alijs lati, vel ditati, quibus rescriptorum Pontificiorum executio demandari solet, in cap. statutum. de rescript. in 6. vt in executione mandatorum Apostolicorum à perceptione sportularum faciliùs abstineant, vt notat Aduocatus Parisiensis ad gloss. cap. cùm ab omni. in verbo more sæcularium: de vita & honest. Cler. *quia,* inquit, *constituti in dignitate tum majores reditus habere solent: tum plus verecundiæ vt abstineant*; de hujus tamen

ethimologia.

Cap statutum. de rescript. in 6.

Aduoc. Parif. in not. ad gloss. cap. cum ab omni. in verb.

abusu, & desuetudine hodierna conqueritur his verbis, *ego verò vidi quòd non faciunt, sed vt sæculares sportulas taxant & exigunt, vt à triginta annis vidi.* more sæcularium. de vit & honest. Cler.

5. Sed & si propiùs verbum Prælati inspiciamus, dicuntur assumpti ad dignitates electiuas, quæ sunt capita Ecclesiarum Cathedralium, & Regularium, de quibus intelligendum quod dicitur in rubrica decretalium de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli, & & adhuc propiùs inspiciendo, quorum morte dicuntur viduatæ Ecclesiæ, de quibus agitur in cap. quia propter. de elect. & electi potest. Prælati specialiter sumpti.

6. Et hi sunt Episcopi, Archiepiscopi, Abbates, & Priores Conuentuales, qui Ecclesiis Cathedralibus, Metropolitanis, Abbatiis, vel Prioratibus Conuentualibus præsunt, de quibus agitur in gloss. Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. cap. sicut. §. quanta. de elect. in verbo Prælatis. & ibidem dicuntur Pastores, in verbo Pastores. quia gregem suum pascere debent, vt ibi exponitur, quod & notat jurisdictionis pœnitentialis & correctionalis, quam habent in plebem sibi commissam, exercitium. Species Prælatorum. Gloss. Pragm. cap. sicut. §. quanta. de elect. in verb. Prælatis. & in verb. Pastores.

7. Itaque dicuntur hîc Ecclesiarum Prælati, non quarumlibet, sed Cathedralium dumtaxat, vel Metropolitanarum, Abbatiarum, & Prioratuum Conuentualium, qui quidem Prælati, quoad Ecclesias, vel Beneficia collationi suæ submissa, summa libertate in conferendis beneficijs frui debent & gaudere.

8. Nec verò vllis reseruationibus Apostolicis, aut gratiis expectatiuis, aut mandatis de prouidendo grauari possunt: quamuis jam tunc inductus esset & reseruationum Apostolicarum, & gratiarum exepectatiuarum, & mandatorum de prouidendo vsus, qui ab Alexandro III. & Innocentio III. summis Pontificibus cœperat, vt patet ex cap. eam te. de rescript. & cap. 6. de præbend. apud Gregor. Cap. eam te. de rescript. cap. 6. de præbend.

9. Et tamen hunc vsum numquam admittere voluit Ecclesia Gallicana, sed in primæua antiquorum cano-

num, & Conciliorum generalium libertate permanserat, quæ omnes nouos illos & insolitos vsus & consuetudines respuebat, & ex eo natum est vt Christiani orbis patriæ aliæ obedientiæ dictæ sint, quæ jugum sibi impositum subire non detrectarunt, aliæ primæuæ libertatis insolitorum onerum impatientis.

10. Restringit autem hic articulus, Prælatos ad eos qui Ecclesiis Regni præsunt, vt illud ratione conferendi beneficij æstimetur, quamuis Prælatus extra Regnum degat, vt si conferendum Beneficium sit de Regno, quamuis Prælatus extra Regnum, & hic juris communis auxilio, vt & Pragmaticæ nostræ Sanctionis tueatur ac defendatur propugnaculis.

11. Et verò illud obseruatur in feudis, quæ sunt & Beneficia saltem profana, quæ jure loci cui cohærent potiùs Regi debent, quàm feudi dominantis, maximè cùm Pragmatica Sanctio sit juris communis obseruatio, quæ vbique seruari debet.

12. B. *Patroni.* Et quemadmodum Prælati Ecclesiarum liberè conferre debent, ita & liberè præsentare, vel nominare ad Ecclesias Patronatui submissas: sunt autem Patroni nominatores vel præsentatores Ecclesiarum quas fundauerunt vel dotauerunt.

Definitio Patronorum & Patronatus.

13. Definitur autem Patronatus *Ius præsentandi instituendum ad Beneficium vacans*: Patronus autem est qui eo jure vtitur, quod acquiri solet vel ædificatione, vel dotatione, vel fundatione Ecclesiæ, si modo in ipsa ædificatione, dotatione, vel fundatione, jus Patronatus sibi reseruauerit Patronus, instrumento in id confecto, quod & authoritate & decreto Diœcesani Episcopi probatum fuerit, vt cautum est à Patribus Tridentini Concilij, in sess. 25. de reformat. cap. 9.

Concilij Tridentini sess 25. de reformat. cap. 9.

14. Est enim jus Patronatus quædam seruitus libertati Ecclesiæ imposita, vt probant passim juris Patronatus authores, Rochus Curtius, & alij, quæ & secundum nouissimam legem municipalem Parisiensium art. 216. solâ destinatione patrisfamilias constitui non potest

Consuet. Parisiens. art. 216.

nisi sit & scriptis mandata, *& non aliàs*, vt habet idem articulus, qui & juri Patronatus constituendo aptari possit.

15. Nec tamen abnegandum longa possessione 40. annorum ius Patronatus adquiri posse, cap. querelam. de elect. & elect. potest. cap. consultationibus. de iure Patron. siue contrà antiquum Patronum & fundatorem, siue in Ecclesia libera, & huic iuri per possessionem 40. annorum submittenda, vt docet Couarruuias ad cap. possessor. de reg. iur. in 6. parte 2. § 10.

Cap. querelam. de elect. cap. consultationibus. de iur. Patron. Couarruu. ad cap. possessor. de regul. iur. in 6. part. 2. §. 10.

16. Patronorum autem alij sunt laïci, qui ratione Patrimonij sui mere temporalis ius Patronatus adquisierunt, alij autem Ecclesiastici, qui ratione Ecclesiæ cui intitulati sunt, jure Patronatus vtuntur, interquos maximæ sunt differentiæ, siue in tempore præsentationis, & Patronatus iuri exercendo statuto, siue in variatione, vt vocant, siue in præuentione.

17. Namque Patroni Ecclesiastici Semestri tempore fruuntur ad præsentandum, laïci vero intra quatuor menses habent præsentare collatoribus ordinarijs, cap. eam te. & cap. propter. de iure Patronat. nisi in præscriptis Neustriæ moribus, in quibus Semestre tempus vtrique tribuitur, vt habet art. 21. tit. de iure Patron. alias art. 69. totius consuetudinis.

Cap. eam te. cap. propter. de iure Patron. Art. 69. consuetud. Normaniæ.

18. Sed & illud ex eo natum est, quod Ecclesiasticus Patronus variare non possit, cum variatio & illusio in personis Ecclesiasticis maxime sint vitandæ, in Clementiua 1. de renunciat. vnde firmiori deliberationi habendæ protenditur tempus.

Clement. 1. de renunciat.

19. Laïcus autem Patronus variare potest, cap. cum autem. de iure Patron. quæ est secunda differentia, cuius effectus est, vt primò præsentatus à Patrono Ecclesiastico præferendus sit, in ijs autem qui à Patrono laïco nominantur, Episcopus vel ordinarius, eligendi habent facultatem & potestatem, d. cap. cum autem.

Cap. cum autem. de iure Patron.

20. Namque Patronus Ecclesiasticus indignum vel incapacem eligendo, priuatur pro hac vice eligendi,

Cap. cum in cunctis. de elect.
Gloss. Pragm. tit. de collat. § item circa. in verbo non valeant.
Ioan. Dayma in comment. ad Concord. tit. de reg. ad Prælat. nominat. fol. 236. col. 2.
Cap. cum autem. de iure Patron.
Aduoc. Paris. in gloss. cap. cum autem. in verb. alium. ibi recedere potest. & in cap. Pastoralis. in verb. robur. ibi non perdit ius eligendi.
Idem Aduoc. Paris. in notis ad gloss. cap. cum vos. in verbo minus idoneæ ibi priuandus potestate præsentandi. de Offic. iudic. ordinarij.

vel præsentandi potestate, argumento cap. cum in cunctis. de elect. & elect. potest. cum Patroni Ecclesiastici præsentatio vim electionis subeat, vt habet gloss. Prag. Sanct. tit. de collat. §. item circa. in verbo non valeant. sub finem. & Ioann. Dayma in Commentar. ad Concord. de reg. ad Prælat. nominat. fol. mihi 236. col. 2.

21. Patronus autem laïcus præsentationem incapacis digniori nominatione emendare potest d. cap. cum autem. de iure Patron. quod tamen moderationem recipere debet, vt notat Aduoc. Paris. in not. ad cap. cum autem. in glossa verbi alium. ibi recedere potest. & in cap. Pastoralis. in glossa verbi robur. ibi quòd si laïcus præsentet indignum non perdit jus eligendi. vbi notat varios casus, in quibus & Patronus laïcus variare non potest, & è contra Ecclesiastici variatio admittitur, vt & ad cap. cum vos. in glossa verbi minus idoneæ ibi priuandus potestate præsentandi. de offic. iud. ordinarij.

22. Est & tertia differentia, quæ huius Pragmaticæ textui magis conuenit, in eo quòd Patronus laïcus præueniri non possit, nedum à summo Pontifice, vel Legato, cum jus Patronatus laïco competens sit merè patrimoniale, cujus summus Pontifex nullam habet disponendi potestatem.

23. Sed enim si in illud collatione libera spreto Patrono laïco attentaret, vel etiam causa permutationis, derogatione facta iuri Patronatus à collatario expressi, locus esset appellationi tanquam ab abusu, & prouisio rescindenda veniret, vt liberæ præsentationi locus fieret.

Louet. litt. P. num. 25.
Aduoc. Paris. in comment ad reg. de infirm. num. 45. & seqq. & in not. ad cap. 2. in verb. Aposto-

24. Verùm & illud probatur varijs in id prolatis decretis Curiæ Parisiensis, quorum mentio apud D. Louetium litter. P. num. 25. & pluribus probat Aduocatus Parisiensis in commentar. ad regul. de infirm. num. 45. & seqq. & in not. ad cap. 2. in verbo Apostolicis. ibi quam tamen Papa confert. de præb. in Clement. & in not. ad Decij Consil. 117. in verbo Federicus glossa Prag.

Sanct. in Procem. §. cæterum. in verbo eneruantur, & ibi Probus addit. 3.

25. Et in eo tamen differt Patronus Ecclesiasticus à Patrono laïco, quòd summus Pontifex, & Legatus spreto Patrono Ecclesiastico conferre possint, cap. cum dilectus. de iure Patron. apud Gregor. vel mentione, habita iuris Patronatus, vel non, vel cum derogatione, vel ea omissa.

26. Cùm enim ius Patronatus Ecclesiasticum sit merè spirituale, & iuris positiui, noui, & Ecclesiastici, in eo summus Pontifex majorem & ampliorem habet potestatem, cùm tamen nullam habeat in Patronatu laïco, vel alio quolibet iure Patrimoniali & temporali imminuendo, vt nouissimè adnotatum est ad declarationes Sorbonicorum coram Rege Christianissimo exhibitas.

27. Namque iuris positiui Ecclesiastici summus Pontifex est supremus moderator & arbiter, vt de plenitudine potestatis suæ, de iure supra ius dispensare possit cap. proposuit. de concess. præb. quod & pluribus Curiæ Parisiensis decretis est comprobatum, relatis à D. Louetio & eius Scholiaste litter. P. numero 25.

28. Nec tamen prætermittendum quod hîc notat Aduocatus Parisiensis ad hunc primum articulum Pragmaticæ Sanctionis Sancti Ludouici, relatum in compilatione stili Parlamenti part. 3. tit. 5. de elect. in verbo Patroni. vbi ait hunc articulum etiam intelligendum de Patronis Ecclesiasticis, vt pari libertate præsentandi frui debeant.

29. Namque subnotat hîc Apostillator *quòd constitutio intelligit etiam de Ecclesiasticis, quorum curam posteriores Reges malè abiecerunt, sed stat in Patronis laïcis, vnde si Papa eorum iuri expresse derogaret, posset ab eo, & ab executione Bullæ appellari tanquam ab abusu, & vidi appellationem admitti in hoc Senatu. Sic Carolus VI. infrà tit. 37. Patronos inferiores sua constitutione muniuit.*

30. Illud etiam addendum quod ad hunc articulum Pragmaticæ Sanctionis Sancti Ludouici subnotant com-

licis. ibi quam tamen Papa conf. de præb. in Clement. & in not. ad Decij Consil. 117. in verb. Federic. gloss. Prag. in procemio §. cæterum. in verbo eneruantur. & ibi Probus addit. 3.

Cap. cum dilectus. de iure Patron.

Not. ad declarationes Sorbonicorū regi exhibitas.

Cap. proposuit de concess. Præbendæ.

Louet. & Scholiastes litt. P. num. 25.

Aduoc. Paris. in stilo Parlam. parte 3. tit. 5. de elect. in verbo Patroni.

Not. compilatorum probat.

lib. Eccl. Gall. cap. 15. art. 35.

pilatores probationum libertatum Ecclesiæ Gallicanæ cap. 15. art. 35. vbi referunt hanc Sancti Ludouici Pragmaticam Sanctionem integram, cui hanc notam maximè obseruandam subnectunt ex registro propositionum ab Eugenio IV. S. P. Regi Carolo VII. habitarum, vt Pragmaticæ Sanctionis abrogationem suaderet.

31. Sed enim altera erat præcipua, *summum Pontificem iura Patronatus laïci religiosè obseruaturum*; quod Rex Christianissimus expungi volebat è registro, cùm de eo nulla vmquam quæstio habita fuisset, sed de solo iure Patronatus Ecclesiastico, de quo nec quæstio fieri deberet, cùm & pariter integrum & illibatum manere deberet.

Centum grauamina nationis Germanicæ in fasciculo rerũ expetend. fol. 177. art. 14. & 15.

32. Et de eo certè querela habita est, & proposita à singulis Imperij Germani ordinibus Norimbergæ congregatis, coram summi Pontificis Adriani VI. Legato, quæ vulgo centum grauamina nationis Germanicæ appellantur, relata in fasciculo rerum expetendarum folio 177. namque legitur in articulo 14. & 15. querela de frequentiori derogatione summi Pontificis temere facta iuri Patronatus, tum laïco, tum Ecclesiastico, etiamnûm vbi Romæ in anno Iubilæi Beneficijs iuris Patronatus intitulatos decedere contingeret.

33. Nec tamen querelis de eo habitis, saltem quoad Patronatum Ecclesiasticum, satisfactum aut delatum fuit, imò spretis & iure neglectis, libera facultas remansit summo Pontifici Beneficia iuris Patronatus Ecclesiastici, spretis etiam Patronis Ecclesiasticis, conferendi vbique, & in Germania pariter, vt & in Gallia.

34. Illud itaque concludendum, collationem summi Pontificis spreto Patrono laïco factam nullam esse ipso iure; quacumque derogatione firmata sit: non idem de Patrono Ecclesiastico, quo spreto summus Pontifex & Legatus conferre possunt, siue derogatione facta, siue omissa.

35. Ordinarius verò collator neutiquam spreto Patrono, siue laïco, siue Ecclesiastico, conferre potest; nec

nec enim contra titulum vel legem fundationis & Patronatus, à se, vel à prædecessoribus confirmatam præscribere potest, imò eam omnino seruare debet, ne Patroni & fundatores à fundationibus nouis retrahantur.

36. Sed illud ita demum locum habet, si Patronus conqueratur: non conquerente enim Patrono rata manet collatio ordinarij, primæuo iure, & ordinario, etiam in præiudicium Romæ impetrantis Beneficium, vt notat Aduocatus Parisiensis ad Can. decernimus in textu. in verb. irritam. 16. quæst. 7.

Aduoc. Parif. in not. ad Can. decernimus. in textu verb. irritam. 16. qu. 7.

37. C. *Et Beneficiorum collatores ordinarij*, hæc posterior clausula omnes & singulos Regni Gallicani collatores ordinarios comprehendit, quibus libertas conferendi æque seruari debet, ac Prælatis, & Patronis: imò hæc clausula comprehendit ipsos Prælatos, & Patronos: sunt enim Beneficiorum collatores ordinarij, quicumque vel de iure communi, vel ex priuilegio, vel ex præscriptione conferendi potestate vtuntur, quos omnes Rex sanctissimus in sua libera & pacifica conferendi possessione conseruare voluit.

Collatores ordinarij.

38. Ordinarij enim vocabulum vel latè sumitur, vel strictè, latè sumptum omnes collatores includit, quicumque iure primario conferunt, non deuoluto, Episcopos, Abbates, plebanos, & cæteros inferiores: imò etiam & summum Pontificem iure ordinario conferentem, & Legatum de latere, quamuis illum excludere tentet glossa Pragmaticæ Sanct. tit. de collat. §. item quòd omnia. in verbo. ordinarios. & in tit. de pacif. possess. §. ordinarij. in verbo ordinarij.

Variæ ordinariorũ species.

Gloss. Pragm. tit. de collat. §. item quòd omnia. in verb. ordinarios. & in tit. de pacif. §. ordinarij. in verb. ordinarij.

39. Namque in cap. 2. de offic. Legat. in 6. item in cap. 23. de priuileg. ordinarij nomine includuntur summus Pontifex & Legatus, atque etiam Vicarij Episcoporum & cæterorum collatorum ordinariorum, qui ex iure mandatam habent iurisdictionem, vt Legati Proconsulis, vt notat Panormit. in cap. duobus. de re iudic.

c. 2. de off. Leg. in 6. & cap. 23. de priuileg.

Panorm. in c. duobus de re Iudic.

40. Strictè autem sumptum ordinarij nomen solos Episcopos Diœcesanos includit, in cap. ordinarij. de

Cap. ordinarij. de off. ordinar.

P

offic. ordinarij. in hac autem noſtra Pragmatica Sanctione latiſſimè accipi debet, cùm à ſpeciebus & indiuiduis Prælatorum, & collatorum ſpecialium, ad generalem ordinariorum collatorum deſcendat appellationem.

41. D. *Ius ſuum plenariè habeant*, in codice manuſcripto Collegij Nauarræi, qui refertur in compilatione regiarum conſtitutionum ſtudio & opera Antonij Fontanonis edita tomo 4. legitur *Ius ſuum plenarium habeant*.

Collect. conſtitut.reg. Anton. Fontan. tom. 4.

42. Sed & idem in tractatu Heliæ Turonenſis Archiepiſcopi & Cardinalis quod defenſorium Concordatorum appellatur contra Pragmaticam Sanct. Gallorum, in quo ipſum Pragmaticæ Sanctionis Sancti Ludouici textum inſeruit, quod in idem recidit ac verbum *plenariè*.

Heliæ Turon. Archiepiſ. defenſorium Cōcordat.

43. Et ex eo quidam inferri tentauerunt ipſas præuentiones Apoſtolicas, ſiue conferendi modum per concurſum ſummi Pontificis omnino excludi, vt *collatores ordinarij ius ſuum plenariè*, *aut plenarium habeant*; quod tamen generali ordinariorum vocabulo, vt hîc accipiendum eſt, non congruit, quod & ipſum ſummum Pontificem, vt ordinariorum ordinarium & collatorum collatorem includit.

Tentamē præuentionū Apoſtolicarū euertendarum.

44. Nec enim verba Eccleſiarum Regni noſtri Prælati referuntur ad Prælatos aut collatores Regni, vt excludantur extra Regnum degentes, ſed ad Eccleſias Regni, nec ſanctiſſimus Rex ius commune in fauorem ſummi Pontificis inductum, vt collationibus ordinariis per concurſum cum cæteris Regni collatoribus vteretur, tollere potuiſſet, aut voluiſſe præſumendus eſt per Pragmaticam Sanctionem, quæ ipſius iuris communis obfirmandi cauſa promulgata, eſt.

45. Itaque illa verba, *ius ſuum plenariè*, aut *plenarium habeant*, non eò intelligenda, vt ſanctiſſimus Rex præuentiones Apoſtolicas, vel collationes ordinarias ſummi Pontificis per concurſum cum cæteris collatoribus

Expoſitio terminorum ius ſuum *plenariè aut plenarium habeant*.

ordinariis excluderet, quæ iuri plenario collatorum ordinariorum non officiunt.

46. Verùm vt laxiorem vsum reſeruationum Apoſtolicarum, gratiarum expectatiuarum, & mandatorum de prouidendo ad vacatura Beneficia, tunc temporis inductum, & maximè inualeſcentem, excluderet, qui collationum ordinariarum liberiorem vſum præueniebant, & conferendi poteſtatem ordinarijs collatoribus præripiebant.

Condemnatio. reſeruat. Apoſtol. grat. expectat. & mand. de prouid.

47. Sed enim ea de re conqueſti ſunt Conſcripti Patres Senatus Pariſienſis coram Ludouico XI. Rege Chriſtianiſſimo, expoſtulatione ſolemni in id habita de Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. abrogatione improbanda, articulo 40. ijſce verbis, [a] *Cùm tempore Sancti Ludouici conarentur Romani libertatem electionum infringere, & ijs malis de quibus iam diximus viam aperire, is ſe Principem verè pium, Chriſtanum, & Catholicum, cuſtodemque & propugnatorem Eccleſiarum ſibi commiſſarum præbuit: occurrit enim perniciosiſſimis conatibus, & Conſilijs Romanorum, & Eccleſias in libertatem vindicauit.*

a Et pource qu'au temps de Monſieur Saint Loys, ceux de Rome commencerent à vouloir empeſcher les élections, & donner cours au deſſuſdits inconueniens, Monſieur Saint Loys, comme Prince Catholique, zelateur de la Religion Chreſtienne, protecteur, gardien, & defenſeur des libertez des Egliſes de ſon Royaume, & par aduis & conſeil, fit vn Edict & Ordonnance, & entre les autres choſes, ordonna les élections auoir cours en ſon Royaume, qui auoient eu cours dans le temps deſſuſdit, & obuia au mal & inconuenient de la confuſion deſſuſdite, en quoy ſondit Royaume fuſt encouru, ſe le droict de la liberté d'élire n'eut eſté gardé & conſerué.

48. Verùm & illud ipſum ſubnotauit gloſſator Pragmaticæ Sanctionis tit. de elect. cap. licet. in verbo reſeruationes. ijſdem ferè verbis, & ab expoſtulatione Senatûs Pariſienſis mutuatis, *ſed quia tunc niſi ſunt Romani electiones impedire, & onera pecuniaria Beneficijs imponere, iterum decreuit ſanctiſſimus Pragmaticæ conditor electiones in Regno ſuo fieri debere, exactionéſque ceſſare.*

Gloſſ. Pragm. tit. de Elect. in verb. reſeruationes.

49. Namque ibidem vel Conſcripti Patres Senatus Pariſienſis, vel gloſſator Pragmaticæ, numquam conqueſti ſunt de præuentionibus Apoſtolicis, ſed de præreptis electionibus per reſeruationes Apoſtolicas, quas liberas eſſe voluerunt.

Deffensio præuentionũ Apostolicarum.

50. Illud namque certum est summum Pontificem vi suæ ordinariæ potestatis & dignitatis Pontificalis, singula Christiani orbis Beneficia conferre posse, & in collatione eorumdem, cum singulis quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum collatoribus ordinarijs concurrere solere.

Can. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. Cap. antiqua de priuileg. Cap. vlt. de constit. Cap. final. de foro compet.

51. Sed enim illud probatur Can. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. *& quod super omnes alias Ecclesias ordinariæ potestatis obtineat Principatum*, cap. antiqua. de Priuilegijs. *cum Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum dicatur mater & magistra* in cap. vlt. de constit. cap. finali. de foro compet. apud Gregor.

52. Nec verò eamdem conferendi potestatem ordinariam, summo Pontifici iure ordinario competentem, excludi, vel impediri posse per concursum ordinariæ potestatis, Episcopis, aut alijs collatoribus ordinarijs, iure communi competentis ex Can. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7. ex quo patet *omnes Basilicas per diuersa loca constitutas in eius Episcopi potestate consistere, in cujus territorio positæ sunt.*

Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.

53. Nec enim illud intelligitur priuatiuè ad summum Pontificem, sed cumulatiuè, quia tantam singulis potestatẽ tribuisse non videtur, quin sibi majorem reseruauerit, in cap. dudum. de Præbend. in 6. nec ex eo plenior conferendi potestas collatori ordinario competens, & per hanc sacram Sanctionem obfirmata, imminuitur: singulis enim collatoribus, puta ordinario, & summo Pontifici in solidum competit.

Cap. dudum. de Præb. in 6.

54. Quemadmodum iurisdictio communis inter plures, vt in altero per præoccupationem siue præuentionem tota firmetur, quasi iure non decrescendi in vno insolidum obfirmata, vt fusiùs explicat glossator Pragmat. Sanct. tit. de collat. §. neque etiam. in verbo. præuentionem. & ibi probus addit. 1.

Gloss. Pragm. tit. de collat. §. neque etiam. in verbo. præuentionem. & ibi prob. addit. 1.

55. Nec tandem impugnari cœperunt præuentiones Apostolicæ, nisi in Pragmatica Sanctione Caroli VII. sed frustra, & absque vllo fœliciore successu, cum in §. item circa. qui deliberationem congregationis Galli-

Pragm. Sanct. tit. de collat. §. item circa.

canæ tantùm continet, præuisum fuisset, Oratores Regios, & congregationis Gallicanæ instare debere coram summo Pontifice, & sacræ Synodi Patribus, vt præuentiones Apostolicas condemnarent, vt notat ibidem glossator in verb. item circa. & prob. ibidem. addit. vnica: & paulò infrà in verb. instare.

Gloss. Pragm. ibid. in verb. item circa. & prob. addit. & vnica. & in verb. instare.

56. Namque hæc admonitio, vel supplicatio Ecclesiæ Gallicanæ, tanquam juri communi contraria, vel neglecta est à Basileensis Synodi Patribus, qui ipsas præuentiones Apostolicas in sess. 21. & decreto de collationibus comprobauerunt, & omninò rejecta est Oratorum querela, vt patet ex actis ejusdem Concilij: vel etiam ipsi Oratores mandatis de instantia & supplicatione facienda non satisfecerunt, tanquam injustis, vt notat glossa Pragmat. Sanct. in verbo instare. & ibi Probus addit. vnica.

Basileens. Synodi sess. 21. in decreto de collat.

Acta Concil. Basil.

Gloss. Pragm. tit. de collat. §. item circa. in verb. instare. & ibi prob. addit. vnica.

57. Verùm enim ab eo tempore vsque ad concordata Francisci I. inconcussæ permanserunt præuentiones Apostolicæ, quibus omninò confirmatæ sunt, in tit. de mand. Apostol. §. declarantes. etiam aduersùs Graduatos, non per noui juris inductionem, sed potiùs per veteris declarationem, secundùm conditorum nouæ conuentionis mentem & intellectum, vt antiquum jus, & præuentionum Apostolicarum crebrior vsus pateret manifestiùs.

Concord. tit. de mãd apost. § declarantes.

58. At cùm Gallicani Regni ordines Aureliis conuocati præuentiones Apostolicas concutere tentassent, art. 22. ejusdem constitutionis, & quasi extemporaneo judicio præuentionum Apostolicarum vsus condemnatus est, deliberatione tamen interim propositâ, coram summi Pontificis Curialibus deputatis, & examine præuio habendo veteris vsus præuentionum Apostolicarum: qua de re demandatus Præses Ferrerius coram summo Pontifice conquestus est, vt patet ex ejusdem mandatis & oratione habita, quæ extant in altero volumine probat. libert. Eccles. Gallic. cap. 22. art. 34. & 35.

Aurelian. constit. art. 22.

Mandata & oratio Præsidis Ferrerij.

Vol. 2. prob. libert. Eccles. Gallic. cap. 22. art. 34. & 35.

59. Nec tamen diutiùs præuentionum Apostolica-

rum improbatio extemporanea inualuit: namque Cardinale Ferrarienſi Legato Apoſtolico ad Regem Carolum IX. demandato, cum facultatibus, quibus præueniendi poteſtas delata erat, vt expoſtulationi & querelæ à Legato coram Rege habitæ, de præuentionum Apoſtolicarum damnatione ſatisfieret, Regia declaratione apud Carnutes anni 1561. præuentionum Apoſtolicarum, extemporanea inhibitio amota eſt; quæ quidem declaratio à Senatu Pariſienſi probata eſt, vt & facultates Legati præueniendi libertatem continentes, & actis Curiæ inſcriptæ.

Declaratio Regia apud Carnutes anni 1561.

60. E. *Et vnicuique ſua juriſdictio ſeruetur.* Illud ſumptum ex epiſtola Gregorij Magni Papæ 32. lib. 9. ad Romanum defenſorem Italiæ, vbi habetur integra, cujus prima pars refertur in can. peruenit. 11. quæſt. 1. agitur in ea epiſtola de perturbatione juriſdictionis Eccleſiaſticæ, à Romano defenſore Italiæ attentata, Clericos à laïcis conuentos coram loci ordinario & diœceſano Epiſcopo, ad juriſdictionem ſuam temporalem & Regiam auocante.

Gregorij Magni epiſt. 32. lib. 9.

Can. peruenit. 11. quæſt. 1.

61. Sed enim eidem reſcribit Gregorius Pontifex, vt denuò hoc facere non præſumat hac ratione motus, *nam ſi ſua vnicuique Epiſcopo juriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur, niſi vt per nos, per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo, confundatur.*

62. Sed & hujus epiſtolæ poſterior hæc pars à ſanctiſſimo Rege Pragmaticæ noſtræ Sanctionis conditore hîc refertur, vt & à Carolo VII. Rege Chriſtianiſſimo, in ſua Pragmatica Sanctione. tit. de collat. §. cui rei. ibi *confunditur ordo Eccleſiaſticus, cùm vnicuique ſua juriſdictio non ſeruatur.* & in tit. de cauſis. §. inoleuerunt. ibi *confunditur etiam exinde Eccleſiaſticus ordo, dum ordinarijs Iudicibus ſua juriſdictiô minimè ſeruatur.*

Pragm. Sanct. Caroli VII. tit. de collat. §. cui rei. in textu.

Ead. Pragm. tit. de cauſ. §. inoleuerunt. in textu.

63 Et ex his omnibus patet adhuc manifeſtiùs, fruſtra præuentionum Apoſtolicarum hoſtes acerrimos, ex hoc ſancti Gregorij loco à ſanctiſſimo Rege Pragmaticæ ſuę Sanctioni ſubnexo, earumdem antiquum & liberiorem vſum impugnare.

64. Namque in hac sancti Gregorij epistola, & in can. peruenit. 11. quæst. 1. vnde pleniùs & integriùs ipsius epistolæ thema depromitur, de jurisdictione contentiosa agitur, quæ in publicis tribunalibus agitatur, mutuò ipsorum contendentium strepitu interueniente. Greg. Magni epist. in can. peruenit. xi. quæst. 1.

65. Nec verò ibi agitur de voluntaria jurisdictione, quæ in collatione Beneficiorum consistit, & quæ temporibus sancti Gregorij nondum in vsu erat, vt nec tituli Beneficiorum noti, qui sunt de jure nouo & positiuo, vt tradunt omnes Canonistæ, & Aduocatus Parisiensis in commentariis ad regul. de infirm. num. 283. & in summario cap. 18. de elect. & elect. potest. Aduoc. Paris. in comment. ad Reg. de infirm. num. 283. & in sum. cap. 18. de elect. & electi potest.

66. Sed enim illud constat quòd *temporibus sancti Gregorij Apostolicis constitutionibus adhuc inualescentibus, non tituli Beneficiorum, sed simplices administrationes erant, quibus sæpe inuiti obtrudebantur*, vt notat ibidem Aduocat. Parisiensis in summario cap. 18. de elect. & elect. potest.

67. Quid si sancti Gregorij authoritatis argumentum, à jurisdictione contentiosa, trahatur ad jurisdictionem voluntariam collationis Beneficiorum, vt sanctissimus Rex hîc adducere visus est, agens in hoc articulo de pleniori libertate collationis ordinariæ Beneficiorum Regni sui.

68. Vt & hujus sancti Regis exemplo Carolus VII. in sua Pragmatica Sanctione, hunc sancti Gregorij locum vtrique jurisdictioni, tum voluntariæ, quæ in collatione beneficiorum consistit, tum contentiosæ, quæ in dijudicandis litibus versatur, accommodauit, eadem laudata authoritate tum in titulo de collationibus. tum in titulo de causis. Pragm. Sanct. Caroli VII. tit. de collat. & de caus.

69. Nec tamen erit aptior impugnandarum præuentionum Apostolicarum locus; hæc enim jurisdictio volnntaria jure communi, non modo ordinariis locorum & diœcesanis competit, sed etiam summo Pontifici, in omnibus Christiani orbis Ecclesijs, vt suprà ostendimus.

70. Seruanda igitur vnicuique jurisdictio, & summo

Pontifici, vt collatori ordinario, & ordinariorum ordinario, cùm & glossator Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. ad confirmandam præuentionem, jurisdictionis communis inter plures exemplo vtatur, quæ per alterius exercitium, & præoccupationem, siue præuentionem, in cojudice præueniente firmatur in solidum, tit. de collat. §. neque etiam. in verbo. præuentionem.

Gloss. Pragm. tit. de collat. §. neque etiam. in verbo. præuentionem.

71. Nec tamen ex eo concludi velim, summum Pontificem jus vllum sibi tribuere posse jurisdictionis contentiosæ primariæ in hoc Regno exercendæ, obstante decreto de causis, in Pragmatica Sanctione Caroli VII. atque etiam hoc sanctissimi Regis Pragmaticæ Sanctionis articulo 1. jurisdictionis generalis nomine, ad specialem jurisdictionis contentiosæ vsum & exercitium producto, vt & in Gregorij Magni epistola suprà laudata vsurpatur.

72. Nec enim summus Pontifex vllam jurisdictionis contentiosæ primariæ, & de causis etiam spiritualibus & Ecclesiasticis tractandæ facultatem habet, nec in ea mouenda potest se se intromittere, nisi in casu appellationis, vel deuolutionis, & tunc etiam dijudicandis litibus deputatos Iudices in partibus intra duas dietas demandare debet, secundùm decretum de causis, & in Pragmatica Sanctione, & in concordatis Bononiensibus relatum & confirmatum.

Tit. de caus. & in Pragm. & in concord.

73. Hæc est itaque differentia inter jurisdictionem voluntariam, quæ in collatione Beneficiorum consistit, & contentiosam, quæ in dijudicandis litibus tota versatur; vt voluntariam summus Pontifex vbique exerceat, cùm certis finibus & limitibus neutiquam claudatur, sed à quocunque collatore ordinario, etiam extra diœcesim exequenda veniat, vt innuit glossa cap. nouit. in verbo terminos. de officio Legati. & glossa Pragm. Sanct. tit. de collat. §. cui rei. in verbo jurisdictio. & leg. 2. Dig. de officio Proconsulis & Legati. contentiosam verò extra terminos propriæ diœcesis exercere non possit.

Gloss. cap. nouit. in verb. terminos. de offic. leg.

Gloss. Pragm. tit. de collat. §. cui rei. in verb. jurisdictio. l. 2. Dig. de offic. Proconsul. & leg.

74. Nec tamen ex eo concludi potest summum Pontificem

tificem dum Romæ confert Beneficia in partibus vacantia, extra diœcesim conferre, cùm vniuersus orbis sit de ejus diœcesi vniuersali & supremâ, licèt specialem diœcesim vrbem Romam, & adjacentes regiones habeat.

75. Contentiosam tamen jurisdictionem, quæ certis limitibus coërcetur, Romæ exercere non potest, sed in partibus exercendam committere, quia extra territorium jus dicenti impunè non paretur, in leg. vlt. de jurisd. omn. judicum. obstante etiam decreto de causis, quod & in concordatis Bononiensibus inscriptum est.

Leg. vlt. de jurisd. omn. jud. Decretum de causis in Prag. & concord.

76. Vt igitur hanc vltimam articuli primi clausulam, quæ habet, *& vnicuique sua jurisdictio seruetur*, sigillatim & per singulos terminos, & veluti membra exponamus, de vtraque jurisdictione intelligenda est jurisdictio de qua hîc agitur, voluntaria, & contentiosa, quæ vnicuique collatori ordinario seruanda est.

77. Vel etiam in summo Pontifice, quoad collationem Beneficiorum Regni Gallicani concurrenter cum collatoribus ordinariis exercendam, & quoad jurisdictionem contentiosam, ab illo tantùm exequendam in casum deuolutionis, aut appellationis, per Iudices delegatos in partibus, juxta decretum de causis, quod & in concordatis Bononiensibus insertum est.

78. Sed & illud vocabulum *sua* denotat, id est jurisdictio cuilibet jure ordinario competens, vel vt verbis ciuilibus vtamur, jure Magistratus, in leg. 1. Dig. de offic. ejus cui. mandata est jurisdictio. leg. 5. Dig. de jurisd. omn. Iud.

Leg. 1. Dig. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict. l. 5. de jurisdict. omn. jud.

79. *Vnicuique*, id est singulis ordinariis collatoribus, siue jure ordinario, siue ex priuilegio, siue ex longâ possessione conferentibus, cujusque enim possessionem seruare Regij est muneris & officij.

80. *Seruetur*, id est, custodiatur, sic in jure ciuili dicitur seruare ventrem pro custodire, in leg. 3. Dig. de inspic. ventre custodiendoque partu. dotis vel rei seruandæ causâ, id est custodiendæ, & illibatè reddendæ,

L. 3. de inspic. ventr. custod. partu.

l. 26. §. vlt. ad municipalem.

leg. 26. §. vlt. ad municipalem. fideicommissorum & legatorum seruandorum causâ, & alia similia, id est, custodiendorum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Item Ecclesiæ Cathedrales,[a] & aliæ Regni nostri[b] liberas electiones,[c] * & earum effectum integraliter habeant.[d]

* In codice manuscripto Collegij Nauarræi post verbum, *electiones*, additur, *promotiones, collationes.*

SVMMARIVM.

1. *Hic articulus pars antiquioris constitutionis sancti Regis anni 1228.*
2. *Quid prænotent verba* Item Ecclesiæ Cathedrales.
3. *Similitudo matrimonij corporalis, & ejus quod per institutionem in Ecclesiâ contrahitur.*
4. *Summa libertas inesse debet in vtroque matrimonio.*
5. *Hic articulus est tantùm de Ecclesiis electiuis.*
6. *Imo est tantùm de Cathedralibus, Abbatiis, & Prioratibus Conuentualibus.*
7. *Quæ dicantur Cathedrales Ecclesiæ.*
8. *Vnde Cathedraticum, & jus Cathedræ vbique ponendæ.*
9. *Enumerantur variæ Cathedralium Ecclesiarum species.*
10. *Omnes generali nomine Cathedrales appellantur.*
11. *Cathedrales Ecclesiæ solo nomine Ciuitatis aut Sedis appellantur.*
12. *Quid significent verba* & Ecclesiæ Regni nostri.
13. *Sunt & quædam Ecclesiæ electiuæ ex speciali priuilegio.*
14. *Specialia eligendi priuilegia quatenus seruanda.*
15. *Hodie submissa sunt nominationi Regiæ, indultis Pontificiis.*

16. *Refertur in id testimonium Puteanorum fratrum in historia Pragm. & Concord.*
17. *Sunt & aliæ Ecclesiæ electiuæ collatiuæ.*
18. *De his nulla quæstio in hoc articulo.*
19. *Quid significetur per specialia verba* Ecclesiæ Regni nostri.
20. *Regalia, sicut scholastica nominatio, extenditur in regiones de nouo Regno adjectas.*
21. *Quid significent verba* liberas electiones habeant.
22. *Antiquiora electionum exempla proferuntur.*
23. *Nulli fuere Principes, qui electionibus seruandis magis institerint, quàm Francorum, quod probatur in prima Regum stirpe.*
24. *Illud euincitur & in secunda Regum nostrorum stirpe.*
25. *Confirmatur electionum vsus in Philippo Augusto, S. Ludouico, & aliis.*
26. *In id adducitur glossatoris Pragmaticæ Caroli VII. testimonium.*
27. *Tentatio noui vsus locum fecit sanciendæ Pragmaticæ nostræ.*
28. *Vt vis & metus libertati electionum maximè obstent.*
29. *Vnde clandestinitas ab electionibus abesse debeat, vt vis & metus.*
30. *In id decretum sacræ Synodi Basileensis.*
31. *In id subsequens aliud decretum ejusdem Synodi.*
32. *Basileensis Synodi decretum modificationem à congregatione Bituricensi recepit.*
33. *In id glossator Pragmaticæ Sanctionis.*
34. *Notatur & additio apostillatoris ad eamdem glossam.*
35. *Quid inferant verba* personis *in plurali, in decreto Congregationis Bituricensis.*
36. *In id authoritas Guilelmi Montserrati super Pragmatica Gallorum laudatur.*
37. *Nota Aduocati Parisiensis ad can. cum longè. distinct. 63.*
38. *Ius Regium in electionibus nulli priuilegio adscribi potest.*
39. *Nota Aduocati Parisiensis ad can. hinc est. 16. quæst. 1.*

40. *Additio facta textui à Gratiano in eodem canone.*
41. *Ius Regium in electionibus petendæ licentiæ eligendi, & ejus approbatio.*
42. *Ius Regium in electionibus habendis emittendi commissarium qui præsit nomine Regio.*
43. *Plura testimonia vtriusque juris Regij proferuntur.*
44. *In id litteræ Regiæ Philippi Augusti, Reginæ matri inscriptæ.*
45. *Item litteræ Regiæ Sancti Ludouici Reginæ matri demissæ.*
46. *Iuris Regij probandi occasione profertur authoritas Montserrati super Pragmatica Gallorum.*
47. *Electio contra illud jus facta, venit cassanda secundùm Montserratum.*
48. *Iuris Regij in electionibus duplex ratio, quarum prima hìc refertur.*
49. *Altera ratio hìc exponitur, & firmatur authoritate Fulberti Carnotensis Episcopi.*
50. *Exponitur duplex jus Regibus nostris in electionibus competens.*
51. *Resectum ex hoc articulo verbum* collationes *tanquam minus conueniens,*
52. *Item verbum* Promotiones *ex eodem articulo resecandum.*
53. *Quid prænotare possint verba* & earum effectum integraliter habeant.
54. *Nullum potentius obstaculum electionibus, quàm reseruationes Apostolicæ.*
55. *Quid sint reseruationes Apostolicæ, inquiritur.*
56. *Quis præcipuus reseruationum Apostolicarum effectus.*
57. *Reseruationum Apostolicarum variæ species.*
58. *Quid reseruationes in Corpore Iuris clausæ, vel extra.*
59. *Quælibet reseruatio ab electionibus abscedere debet.*
60. *Duplex locus Pragmaticæ Caroli VII. in quo tractatur de reseruationibus tollendis, & quare.*

61. *Dignitates electiuæ non vacant in Curia secundùm Pragmaticam.*
62. *Probatur & illud authoritate Aduocati Parisiensis in commentarijs ad regul. de infirmis. num. 406. in margine.*
63. *Probatur & nota cap. ex debito. in summario. de elect. in extrauagant. communibus.*
64. *Item decreto Curiæ Parisiensis & oratione habita ab Aduocato Regio.*
65. *Probatur & decreto prætorianorum iudicum.*
66. *Nihil magis officit integrali effectui electionum, quàm reseruatio.*

1. HIc articulus est etiam pars antiquioris constitutionis Sancti Ludouici anni 1228. & tandem à sanctissimo Rege in hunc Pragmaticæ Sanctionis articulum secundum inscriptus est, & refertur cum præcedenti articulo, & quarto, in veteri stilo Parlamenti parte 3. tit. 3. de elect. vbi tres illi articuli combinantur, vt & in collectione Regiarum constitutionum Antonij Fontanonis tomo 4. tit. 1. art. 1.

Stil. Parlam. parte 3 tit. 3. de elect. & collect. reg. constitut. Antonij Fontan. tomo 4. tit. 1. art. 1.

2. A *Item Ecclesiæ Cathedrales*, agitur in hoc secundo articulo de libertate Canonicarum electionum obfirmanda, vt in præcedenti conclusum de libertate collationum ordinariarum, in vtroque enim Beneficiorum dispensandorum modo & ratione æqualis libertas intercedere debet.

3. Tum verò quia per institutionem in Beneficio, & maximè per electionem Canonicam, contrahitur matrimonium inter electum vel institutum & Ecclesiam, quod per electionem initiatur, per confirmationem ratum manet, & per consecrationem consummatur, cap. 21. de elect. & electi potest. cap. licet de translat. Episcop.

Cap. 21. de elect. & elect. potest c. licet. de transl. Episcop.

4. At verò in matrimonio maxima libertas inesse debet, cap. cum locum. de sponsal. & matrimon. quo argumento vtitur glossa Pragmat. Sanct. tit. de elect. cap. sicut. §. ad tollendam. in verbo libere. & in eodem. cap. §. item nec credit. in verbo quibuslibet. vt electionum libertatem confirmet.

Cap. cum locum. de sponf. & matrimon.

Gloss. Pragm. Sanct. cap. sicut. §. ad tollendã in verbo libere. & §. itẽ nec credit. in verbo quibuslibet.

5. Itaque hic ſecundus Pragmaticæ articulus totus verſatur circa Eccleſias quæ electiuæ dicuntur, quarum Prælatis decedentibus viduatæ dicuntur Paſtore, & coniuge, in cap. quia propter. de elect. & electi poteſt. quemadmodum enim Eccleſiæ dicuntur vxores, Prælatorum, ita & Prælati dicuntur coniuges, viri, & mariti Eccleſiarum, iuxta illud diui Pauli ad Titum. & Timotheum. *Oportet Epiſcopum vnius vxoris eſſe virum.*

*Cap. quia propter. de elect. & elect. poteſt.

Pauli Epiſtol. ad Tit. & Timoth.

6. Nec verò illud de omnibus Eccleſiis vſurpatur, ſed de maioribus, Cathedralibus & Metropolitanis, item Abbatijs & Prioratibus Conuentualibus, quorum Prælati dicuntur capita Eccleſiarum, coniuges, & mariti.

7. Et primùm agit de Eccleſiis Cathedralibus, quod nomen generale eſt, & à Cathedra, quæ eſt Epiſcopalis ſedes denominationem habet, vt & Cathedraticum, quod exoluitur pro iure & pro honore Cathedræ Epiſcopalis, de quo paſſim in iure Canonico, & in cap. Eccleſiis. de cenſ. Can. placuit. 2. & Can. nec immeritò. 10. quæſt. 3.

Cap. Eccleſiis. de cenſ. Can. placuit. 2. Can. nec immeritò. 10. quæſt. 3.

8. Vndè & ius Cathedræ vbique ponendæ, quod Epiſcopo competit, in cap. cum Epiſcopus. de offic. ordin. in 6. & ibi gloſſa. in verbo non exemptos. cap. finali. in verbo Diœceſim. de conſtitut. eodem. cap. præſentium. in verbo finitur. de offic. leg. in 6. cap. ſi Papa. §. & eſt. in verbo collatore. de priuileg. Clement. 1. de foro compet. quod vtrumque eſt pars legis Diœceſanæ, in cap. conquerente de offic. ordinar.

Cap cum Epiſcopus. de offic. ordin. in 6. & ibi gloſſ. in verb. non exēptos. cap. finali. in verb. Diœceſim. de conſtit. cap. præſentium. in verb finitur. de offic. leg. in 6. cap. ſi Papa. §. & eſt. in verb. collatore. de priuileg. Clement. 1. de foro compet. cap. conquerente. de offic. ordin.

9. Sunt itaque Eccleſiæ Cathedrales, quibus Epiſcopi, vel Archiepiſcopi præſunt, & dicuntur Epiſcopales quibus Epiſcopi, Metropolitanæ quibus Archiepiſcopi, primatiales enim vel Patriarchales, ſunt Metropolitanæ per extenſionem dignitatis Archiepiſcopalis vel Metropolitanæ dictæ Primatiales vel Patriarchales, vt Eccleſia Bituricenſis, Primates enim vel Patriarchæ ſunt verè Archiepiſcopi, in antiquioribus Ciuitatibus, & ſedibus conſtituti.

10. Quælibet autem Ecclesiæ, siue Episcopales, siue Archiepiscopales, & Metropolitanæ, siue Primatiales & Patriarchales, Cathedrales generali vocabulo appellantur, vt innuit Rebuff. in Concord. tit. de collat. §. 1. in verbo Cathedrali ac Metropolitana. Rebuff. in Cócord. tit. de collat §. 1. in verb. Cathedrali.

11. Et plerumque solo nomine ciuitatis in qua constructæ sunt appellantur, non ab inuocatione Patroni cui intitulatæ sunt, vt Ecclesia Bituricensis, Parisiensis, & aliæ, & insignes dicuntur in rescriptis Pontificijs, & signaturis Apostolicis.

12. B. *Et aliæ Regni nostri*, Verbum generale, & tamen restringendum ad eas quæ sunt electiuæ, vel de iure, vel priuilegio, nam præter Ecclesias Cathedrales & Metropolitanas, quæ sunt electiuæ de iure, sunt & aliæ electiuæ de iure, putà Abbatiæ & Prioratus Conuentuales, de quibus generale Concilium Lateranense loquitur in cap. ne pro defectu. & cap. quia propter. de elect. & electi potest. Cap. quia propter. cap. ne pro defectu. de elect.

13. Sunt & aliæ electiuæ non tantum de iure, sed etiam ex priuilegio particulari Apostolico, nempe cum electio iure communi delata, speciali priuilegio summi Pontificis confirmata est, quibus etiam priuilegijs specialibus eligendi Concordatis Bononiensibus non est derogatum, sed illibata permanserunt, tit. de reg. ad Prælat. nominat. §. vltimo. Concord. tit. de reg. ad Prælat. nomin §. vlt.

14. Sed & illa specialia eligendi Priuilegia in tantùm admittuntur, quantùm iure communi electionum obfirmando conducunt, vt indulta Cardinalium, in quantùm liberam conferendi rationem defendunt, summo fauore à nobis admittuntur.

15. At verò hodie ea omnia, vel etiam specialia eligendi priuilegia, nominationi Regiæ submissa sunt, indultis Apostolicis, tum à Clemente VII. Francisco I. anno 1531. tum à Pio IV. Carolo IX. anno 1564. concessis, quorum posterius extendi meruerat à Pio Pontifice ad omnes dignitates electiuas, tum Delphinatus, & Prouinciæ, tum Britanniæ minoris. Indultum Clement. VII. Francisco I. anni 1531. & Pij IV. Carolo IX. an. 1564. concess.

HistoriaPragmar. & Concord. Putean. fratrum, sub finem.
San Iulian. in antiqu. Burg. & Tauell in Archiepisc. Senon.

16. Sed & huius indulti Bullam originalem Puteani fratres à D. Perescchio Aquensi Senatore sibi creditam testantur in fine Pragmat. & Concordat. Historiæ. vbi & referunt ea omnia specialia eligendi priuilegia, à Prateo Cancellario, ex mandato Regio delata, in ignem conjecta esse, ex Sancto Iuliano in antiquitatibus Burgundiæ. Et Tauello in Archiepiscop. Senon.

17. Verùm aliæ Ecclesiæ & dignitates, si quæ electiuæ dicuntur, putà Cathedralium Ecclesiarum post Episcopatum majores, vt decanatus, & aliæ, & collegiatarum primæ dignitates, quamuis aliqua electionis peragendæ forma in earum dispensatione seruetur, nec tamen electiuæ dici possunt, sed potius collatiuæ, quia Canonici eligentes vna eademque actione eligunt & conferunt, nec electio earum dignitatum habita vlla confirmatione indiget, & ideo dicuntur electiuæ collatiuæ.

Chop. de sacr. polit. lib 2. tit. 2. num. 1. 2. & seqq.

18. Et de his hìc nulla fit quæstio, & potius primo articulo nostræ Pragmaticæ Sanctionis adscribi debent, in qua agitur de collatiuis Beneficiis liberè dispensandis, quam huic secundo articulo, si quæ enim in his electio fieri soleat, est potius vmbra electionis, quam forma, vnde & ea Beneficia resignationibus in fauorem subijciuntur. vt docet Chopin. de sacr. polit. lib. 2. tit. 2. num. 1. 2. & seqq. & ita inualuit.

Dayma in Concord. in procm. col. 4. Guid. Pap. qu. 265.

19. Additur in hoc articulo secundo, *Ecclesiæ Regni nostri*, quod in eas omnes ditiones extenditur, quæ ex Victoriis Philippi Augusti Triumphantis & Victoris, ipsiusque Sancti Ludouici Aui, regno adjectæ fuerant, vt Normania, Aquitania, Comitatus Pictauensis, Cœnomanensis, & aliæ, quæ eodem iure censebantur ac antiquiores Regni Gallicani Prouinciæ, cùm per adjectionem, iure regni frui & gaudere incipiant, vt obseruauit Ioann. Dayma in Concord. fol. mihi 24. & Guido Papa quæst. 265.

20. Sed & eo argumento Regalia, & nominationis Regiæ, imò & scholasticæ ius, ad eas Prouincias extenditur, quæ de nouo regno adiectæ sunt, ex decretis Curiæ

riæ relatis à D. Louetio & eius ſcholiaſte litt. R. num. 56. quod ius eò maxime ſeruari debuit, quod Pragmatica Sanctio ſanctiſſimi Regis nihil aliud induxerit, quàm iuris communis obſeruationem, quæ vbique ſeruari debet. Louet. & eius ſcholiaſtes litt. R. num. 56.

21. C. *Liberas electiones habeant*, hæ itaque dignitates de quibus egimus in Prioribus verbis huius ſecundi articuli, liberæ electionis ſuffragio conferri debent, quæ quidem diſpenſandi ratio iuri communi innititur, & primario, ipſis etiam temporibus Apoſtolorum inducto.

22. Sed & illius iuris habentur exempla act. cap. 1. in electione diui Mathiæ & in ſacrum Collegium cooptatione, & cap. 6. in electione ſeptem Diaconorum, vt menſis fidelium præeſſent, & cap. 14. in electione Preſbyterorum, vt ſingulis ciuitatibus regendis præficerentur, à Diuo Paulo & Barnaba, quod & ab eo tempore ad Sancti Ludouici regimen illibate ſeruatum eſt, maxime in Gallia noſtra. Act. cap 1. cap. 6. cap. 14.

23. Nec enim fuere Reges aut Principes Chriſtiani, qui ſeruandis ſacris dignitatum Eccleſiaſticarum electionibus magis inſudarunt, qua de re ipſe Clodouæus I. Francorum Rex Chriſtianus, vt & Childebertus filius plures Synodos conuocari curauerunt, Aurelijs, in Claromonte Aruerniæ, Pariſijs, Matiſconi, & aliis locis, in quibus præcipuè actum eſt de ſacris electionibus confirmandis. Sinod. Aurel. in Aruern. Pariſ. Matiſc. temp. Clod. I. & Childebert.

24. Sic in ſecunda Regum noſtrorum ſtirpe & familia, merito recolere debemus Principes & capita huius profapiæ, ſacris electionibus obſeruandis diligentius inſiſtentes, Carolum Magnum, Ludouicum Pium Caroli filium, Carolum Caluum Nepotem, quorum pleraque capitularia de eo decernentia habemus. Capit. Carol. M. Ludou. Pij, Caroli Calui.

25. Sic in tertia Regum noſtrorum ſtirpe veneramur ipſum Robertum Hugonis Capeti filium, ſanctum & deuotum merito appellatum, & Henricum filium, ex eo quòd teſte Paulo Æmilio lib. 5. de geſtis Francorum. *Prauum ſecundæ ſtirpis poſteriorum Principum in diſpenſandis* Paul. Æmil. lib. 5. de geſtis Francor.

Beneficiis Ecclesiasticis mòrem soluit, & Henricus paternæ sanctitatis in ea re fuit æmulus.

26. Sic Philippus Augustus Adeodatus, sancti Ludouici auus, & ipse Beatus Ludouicus nihil præcipuum magis habuerunt, quàm vt sacris electionibus custodiendis inuigilarent, quod & subsequentes huius familiæ Reges similiter obseruauerunt.

27. Et verò in eum electionum peragendarum vsum magis obfirmandum, lubet hic subnectere glossam Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. nunquam satis laudandam, in tit. de elect. cap. licet. in verbo reseruationes. vbi ait, *Et Reges Franciæ semper pro electionibus insudarunt, vt refert Vincentius in speculo Historiæ lib. 22. cap. 23. de Clodouæo I. Rege Franciæ Christiano, qui conuocatis Aureliis sui Regni Prælatis, inter quos erat sanctus Melonus, statuit electiones & confirmationes fiendas esse secundùm Canones antiquos: similiter Carolus Magnus statuit cap. sanctorum. 63. distinct. & Philippus Adeodatus auus Beati Ludouici.*

Gloss. Pragm. Sanct. tit. de elect. cap. licet. in verbo reseruationes.

28. Verùm & illud subnotat, *nec iuuenies quòd à Principio Ecclesiæ, vsque ad tempora dicti Beati Ludouici Francorum Regis, Romani Pontifices se de electionibus Prælaturarum intromiserint, sed quia tunc nisi sunt electiones impedire, & onera pecuniaria Beneficijs imponere, iterum decreuit electiones in suo Regno fieri debere, exactionesque cessare, quæ decreta inuiolabiliter obseruari fecerunt Ludouicus Hutinus, & Ioannes, multique alij Francorum Reges,* hæc glossa Pragmaticæ.

Gloss. Pragm. ibidem.

29. Nec tantum electionibus confirmandis institerunt Reges Franciæ, sed & libere faciendis, vt innuit hîc sanctus Ludouicus, *liberas electiones habeant*; nec enim aliud magis officit sacris electionibus ritè conficiendis, quàm vis aut metus, quæ omnia liberiorem consensum præripiunt, vt etiam ait Iureconsultus in lege 15. dig. de iurisd. omn. iud. nihil tam contrarium consensui, quàm vis aut metus, qui imperitiam detegit.

Leg. 15 dig. de iurisd. omn. iud.

30. Et ex eo est quòd etiam in electionibus omnis clandestinitas exulare debet, vt habet Concilium La-

teranense in cap. quia propter. §. vltimo. de elect. & electi potest. quod & exemplo & argumento matrimonij corporalis ad spirituale mox relato probari possit, in quo vt omnis vis & metus abesse debent, ita & quælibet clandestinitas, quod pluribus probat gloss. Pragm. Sanct. Caroli VII. tit. de elect. cap. sicut. §. ad tollendam. in verbo, libere.

Concil. Lateranense in cap. quia propter §. vlt de elect. & elect. potest. Gloss. Pragm. Sanct. tit. de elect. cap. sicut. §. ad tollendam. in verbo libere.

31. Sed & ille Pragmaticæ Sanctionis §. siue articulus, decretum sacræ & generalis Synodi Basileensis continet; quo sancti Patres in Synodo congregati *exhortantur Reges, Principes, communitates, & alios cuiuscumque gradus vel dignitatis existant, Ecclesiasticæ, vel mundanæ, ne electoribus litteras scribant, aut preces porrigant, pro eo, qui per se, vel vel per alium, preces tales vel litteras procurabit, multoque minus comminationes, impressiones, aut aliud faciant quominus libere ad electionem procedatur*, hæc continet decretum sacræ Synodi Basileensis.

Decretum sacræ Synodi Basileensis de elect.

32. Sed & in subsequenti decreto præcipit electoribus, *ne ad huiusmodi litteras, preces, vel comminationes, vel impressiones, quemquam eligere præsumant*, quod tamen sacræ Synodi decretum quaslibet Regias preces electoribus porrigendas non excludit, sed eas tantum quas eligendus per se, vel per alium procurabit; ex quo glossator ad verbum procurabit. illud notat *quod Rex non prohibetur porrigere preces proprio motu, pro aliquo digno & idoneo non procurante*, quod & subnotat apostillator ad verbum glossæ procurante. addit. 2.

Gloss. Pragm. Sanct. tit. de elect. c. sicut. §. ad tollendã. in verbo procurabit. Prob. ibidem addit. 2.

33. Verumtamen & illud Concilij generalis decretum, congruentem menti ipsorum Patrum Basileensium modificationem & interpretationem, ab ipsa congregatione Gallicana recipit, in § vltimo, qui incipit item nec credit congregatio Bituricensis. & subaddi debet eidem cap. licet. namque ibi dicitur *non fore reprehensibile, si Rex, & Princeps Regni sui, cessantibus tamen omnibus comminationibus, & violentijs, aliquando vtantur precibus benignis atque beneuolis, pro personis benemeritis, & zelantibus bonum reipublicæ Regni & Delphinatus.*

Pragm. Sanct. tit. de elect. §. vlt. item non credit. subaddendus c. licet.

Gloss. Pragm. ibid. in verbo. aliquando. & ibi probus. 34. Sed & illud glossator in verbo aliquando, & ibi apostillator interpretantur de precibus pro singulis Regni Gallicani Ecclesiis emittendis, non vna tantum vice, sed & pluribus, ex mente Guilelmi Benedicti in repetit. cap. Raynutius. in verbo & vxorem nomine Andelasiam. num. 400. de testam.

Guilelm. Benedicti in repetit. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Andelasiam. nu. 400. de testam.

Gloss. Pragm. tit. de elect. cap. sicut. §. ad tollendam. in verb. libere. addit. 3. & in §. item nec credit. in verb. personis.

35. Sed & idem apostillator ad gloss. Pragm. Caroli VII. in tit. de elect. cap. sicut. §. ad tollendam in verbo libere. addit. 3. & in §. item nec credit. in verbo personis. notat Regias preces *non pro vno, sed pluribus emittere debere, alias esset contra electionis substantiam, nec esset eligendi libertas, cùm eligere proprie sit vnum ex pluribus ad Prælaturas Canonice vocare, ideo potius diceretur electio facta per Regem, quam electores, quod est contra mentem & verba Concilij.*

Prob. ibidem. addit. vnic.

36. Verùm & illud prænotari vult per verbum *personis* in plurali, ab ipsa congregatione Bituricensi suæ conclusioni adscriptum, ait enim, *& sic non vnica, sed plures, alias electio non esset libera*, & hæc Probus apostillator.

Guilelm. Mõtserrat. super Pragm. in 5 parte. de Regis. prærogatiua in elect.

37. Sed & his etiam confirmandis addere potuisset authoritatem. Guilelmi Montserrati super Pragm. Sanct. in 5. parte. de Regis Prærogatiua in electionibus. pluribus alias ab ipsomet apostillatore laudati, quod probare intendit ibidem Montserratus cap. cùm longe. distinct. 63. quod desumptum est ex Concilio Toletano 12. cap. 6.

Concil Tolet. 12. cap. 6. in c. cum longe. distinct. 63.

Aduoc. Paris. in not. ad cap. cum longe. in textu dist. 63.

38. Verùm vt notat Aduocatus Parisiensis in notis ad hoc cap. cùm longe. in textu. ibi quoscunque regalis potestas elegerit. hæc interpretatio longius aberrat à mente ipsius Concilij his verbis. *Quidam Hispanus super Pragm. Gallor. pag. 39. intelligit plures, saltem tres nominando, non singularem: sed hoc sophisticum, & contra verba & mentem textus, quia tota electio est Regis, nec ad Metropolitanum spectat nisi approbatio, ergo etiam de certa persona à Rege eligenda intelligitur.*

Couarruu. ad cap. possessor. de reg. jur. in

39. Nec verò, vt notat alius celeberrimus Hispanus author Didacus Couarruuias ad cap. possessor. de regul. juris in 6. parte 2. §. 10. num. 16. *Ius illud nominandi,*

vel eligendi, Regi quæsitum, vlli summorum Pontificum priuilegio adscribi potest; imò juri communi ipsis Regibus Franciæ quæsito, vel ipsis etiam exteris authoribus attestantibus. 6. part. 2. §. 10. num. 16.

40. Sed nec illud etiam quod Regibus Franciæ competit simile jus eligendi, vt notat idem Aduocatus Parisiensis ad can. hinc est. 16. quæst. 1. in textu. ibi aliquid detrimenti pateretur. priuilegij loco haberi possit, frustra enim quod sequitur irrepsit in textum, *quod priuilegium ita est Ecclesiæ illius, vt communem legem Regibus, vel Abbatibus omninò dare non possit.* Aduoc. Paris. ad can. hinc est. 16. quæst. 1. in textu. ibi aliquid detrimenti pateretur.

41. Nam vt ibi notat Aduocatus Parisiensis, *quod sequitur non est de textu Gregorij, sed sunt verba Gratiani, & sic in hoc textu non est priuilegium, sed erat jus commune Regum Francorum, vt probaui in tract. contra paruas datas. ad edictum Henrici II. parte 2. glossa 15.* ibi enim habet textus, *sine Regiâ prouisione, & Monachorum electione, nullus ibi Abbas aliqua vnquam subreptione introducatur.* Aduoc. Paris. ibidem. Textus can. hinc est. 16. quæst. 1.

42. Sed etiam aliud Regibus Franciæ, ipsius etiam sancti Ludouici temporibus jus in electionibus quæsitum erat, vt electiuarum dignitatum vacatione occurrente, electoribus ipsis ad electionem accedere non liceret, nedum ipsius præludia tractare, nisi petitâ Regum Christianissimorum licentiâ & eligendi facultate, ac demùm perfectâ electione, Regis approbatio vtique peti debebat.

43. Et vt ab ipsa electione omnis suffragiorum aucupatio amoueretur, pleniorque eligendi libertas redderetur, solebat Rex Christianissimus quemdam probatæ fidei virum, Senatoriâ, aut aliâ qualibet dignitate præpollentem demandare, qui habendæ electioni interesset, cujus decretum, aliàs narratorium processum vocant, Regi transmittebat, vt suâ authoritate Regiâ firmaret, & electioni habitæ consensum suum accommodaret.

44. Et de hoc etiam procedendi vsu & consuetudine in sacris electionibus, plura prostant testimonia in prio- Vol. 1 probat. Ecclef. Gallic. cap. 15. per to-

tum. & in cap. 16. art. 4.

ri volumine probationum Ecclesiæ Gallicanæ libertatum. cap. 15. per totum. & in cap. 16. art. 4. ejusdem capitis.refertur testamentum Philippi Augusti Adeodati ad profectionem vltramarinam se accingentis anno 1190.

Testam. Philippi Augusti Adeod. ann. 1190.

45. Verùm enim & hocce testamento Reginæ matri charissimæ, & Guilelmo Archiepiscopo Remensi tutelam & Regni custodiam committens, eisdem mandat, *vt si quæ Episcopalis sedes, vel Abbatia Regalis vacaret, Canonici Ecclesiæ, vel Monachi Monasterij vacantis, venirent ad Reginam & Archiepiscopum, liberam electionem ab eisdem petituri.*

Litteræ patentes S. Ludouici anni 1448. Reginæ matri inscriptæ.

46. Sed & in articulo 15. ejusdem capitis probationum. referuntur litteræ patentes sancti Ludouici ad regiones vltramarinas proficiscentis, Reginæ matri inscriptæ, quibus & Regiam potestatem demandat, *eligendi licentiam dandi Capitulis & Conuentibus vice Regià.*

47. Nec verò necessitas illa petendi licentiam à Regibus Christianissimis electionis habendæ ab electoribus, ipsius electionis libertatem imminuit, vel aliquatenus infringit; nam vt notat Guilelmus Montserratus in comment. super Pragm. Sanct. Gallorum. parte 5. de Regis prærogatiua in electionibus. in principio. *Consuetudo illa nihil est aliud quàm quidam contractus, mutuo consensu eorum qui sunt de vniuersitate celebratus, & valet consuetudo vt mortuo Prælato Capitulum non priùs procedat ad electionem, quàm nuncietur Principi vel Regi mors Prælati, & ab eo petatur facultas, permissio, & consensus eligendi, vt cum consensu suo procedant ad electionem.*

Guilelm. Montserrat. super Pragmat. Gall. part. 5. de Regis prærogatiua. in elect. in princip.

48. Verùm enim & illud addit ibidem Montserratus, *& si fiat electio contra consuetudinem, de alià personà quàm nominatà, & expressatà per Regem, quòd electio contra Gallicanæ Ecclesiæ permissionem Regi concessam facta, non teneat, & veniat cassanda & irritanda, nec per hoc tolletur libertas eligendi, vt tenuit Innocent. in cap. quod sicut. de elect. quam omnes Doctores ibi sequuntur.* Hæc Montserratus.

Guillel. Montserrat. ibid.

49. Sed & juris Regij in electionibus ritè & canoni-

cè peragendis, confirmatio patet ex eo quòd, Reges ipsi ab initio, maximè Christianissimi Gallorum Principes, suo jure, & ex ipsius Majestatis Regiæ constitutione, electionis celebrandæ partes assumendas habebant, vt ab illis omnem ambitum expellerent.

50. Et etiam ex eo quòd populus olim electioni interesse soleret, vt eidem cum Clero eligente suffragaretur, quod innuit Fulbertus Carnot. Episcop. epist. 8. *dum Franconem Decanum Ecclesiæ Parisiensis Fulconi Episcopo, canonicè subrogatum asserit, eligente Clero, suffragante populo, donantē Rege, & Senonensi Archiepiscopo approbante consecratio habita fuisset.* Fulbert. Carnot. Episcop. epistol. 8.

51. Verùm enim, cùm lege Regiâ latâ populus omnia jura sua in Regem transmiserit, in electionibus peragendis Reges duplici jure vtuntur, altero sibi specialiter & jure Majestatis Regiæ attributo, altero tanquam populi capita, & ipsius vices gerentes, vt probat Iuo Carnot. Episcop. epist. 60. Iuo Carnot. Episcop. epist. 60.

52. Hîc in codice manuscripto Collegij Nauarræi in quo habetur textus Pragmaticæ nostræ sancti Ludouici, post verbum *electiones*, additur *promotiones*, *collationes*, sed hæc verba superfluunt & abundant, & sic rectè in cæteris exemplaribus resecta sunt: verba enim *collationes* ad dispensationes minorum Beneficiorum jure ordinario exequendas refertur, de quo satis in primo articulo hujus nostræ Pragmaticæ. Codex manuscriptus Prag. S. Ludouici Collegij Nauarræi.

53. Sed & verbum *promotiones* vtrique conferendi modo, siue per electionem canonicam, siue per collationem ordinariam accommodari potest, & est minùs canonicum, nec in libris juris tam frequenter vsurpatur, nec his igitur verbis ampliùs inhærendum, vt ad alia vtiliora properemus.

54. D. *Et earum effectum integraliter habeant.* Ex his patet quòd electiones non tantùm liberæ esse debent, sed & effectum integraliter habere, quòd eò dicitur, quòd electiones sine vllo impedimento aut obstaculo fieri debent, vt dicitur in cap. licet. §. statuit. de elect. in Pragm. Sanct. Caroli VII. in cap. licet. §. statuit. de elect.

Pragmatica Sanctione Caroli VII.

55. Nec verò aliud erat potentius, vel frequentius electionum habendarum obstaculum, quàm reseruationum Apostolicarum, siue generalium, siue particularium, siue in corpore juris clausæ essent, siue extrauagarentur, quæ & hâc clausulâ condemnatæ sunt, & quarum increbescens his temporibus vsus Pragmaticæ Sanctioni promulgandæ locum dedit.

Definitio reseruationum secundùm Æneam de Falconibus in 1. quæst. referente Simonettâ in tract. de reseruat.

56. Est enim *reseruatio*, secundùm Æneam de Falconibus in tract. de reseruat. in 1. quæstione principali. referente Iacobo Simonettâ in eod. tract. *Beneficij Ecclesiastici vacaturi, per habentem potestatem ad se facta auocatio.*

Glossa Pragm. Sanct. tit. de elect. cap. licet. in verbo impedire.

57. Primus verò & principalis effectus reseruationis est, vt liget & impediat manus ordinarij, in cap. licet. in verbo impedire. tit. de elect. in Pragm. Sanct. Caroli VII. & in omnibus reseruationum tractatibus, Simonettæ, Andreæ de Falconibus, Gasparis de Perusio, Thomæ Campegij, & aliis.

Simonetta, Andreas de Falcon. Gaspar de Perusio, Thomas Campegius de reseru.

58. Sunt autem reseruationes vt mox præmisimus, vel generales, vel particulares; generales sunt veluti quæ per regulas Cancellariæ Apostolicæ inductæ sunt, de omnium Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum collatione reseruanda, item Beneficiorum Curialium & domesticorum Papæ; item commensalium Cardinalium; particulares verò, quę sunt de speciali quolibet Beneficio vacaturo, in fauorem particularis & priuatæ personæ, expressæ, vel exprimendæ.

Cap. 2. de præbend. in 6. extrauag. execrabilis. eod. in extrauag. Ioan. XXII. & commun.

59. Sunt & reseruationes quæ dicuntur in corpore juris clausæ, vt vacantium in Curiâ Beneficiorum, in cap. 2. de præbend. in 6. & per extrauangantes execràbilis. in extrauag. comm. & Ioan. XXII. cæteræ sunt extra corpus juris.

60. Itaque vt electiones liberè fiant, & absque vllo impedimento & obstaculo, quælibet reseruationes, siue generales, siue speciales ab electionibus exulare & remoueri debent, tum & illæ quæ in corpore juris clausæ sunt,

ſæ ſunt, tum quæ extra corpus juris.

61. Et ex eo eſt quòd in Pragmatica Sanctione Caroli VII. conficienda, non modò ſpecialis eſt titulus de reſeruationibus, communis electionibus & collationibus, & inter vtrumque titulum & rubricam poſitus, ſed & de ea materia tractatur in tit. de elect. cap. licet. in verbo reſeruationes. & in verbo impediri. vt vbique ab electionibus remoueatur frequentius impedimentum.

Tit. ſpecialis. de reſeruat. in Pragm & in tit. de elect. cap. licet. in verb. reſeruationes. & in verb. impediri.

62. Sed & in eodem cap. licet. §. ſtatuit. in verbo obſtaculo. deciſum eſt, *quòd dignitates electiuæ non vacant in Curiâ, & quòd in eis non habet locum cap. 2. de præb. in 6. dictum enim cap. quòd loquitur de dignitatibus non comprehendit Epiſcopatus, nec Abbatias.* Hæc gloſſa Pragmat. Sanct. ibi. & in cap. ſicut. §. quibus hæc. in verbo clauſis.

Gloſſ. Pragm. Sanct. eod. tit. cap. licet. §. ſtatuit. in verbo obſtaculo.

Gloſſa Pragm. eod. tit. cap. ſicut. §. quibus.

63. Verùm & Aduocatus Pariſienſis in commentariis ad reg. de infirm. num. 406. in margine. rectè adnotat ad id quòd vacantium in Curiâ dignitatum electiuarum omnimoda diſpoſitio ſummo Pontifici demiſſa eſt per concordata Bononienſia, *breui & interjectitiâ clauſulâ,* vt ait, *in §. Monaſteriis. de Regiâ ad Prælat. nominat. ſubreptum fuiſſe in concordatis.*

Aduocat. Pariſienſ. ad reg. de infirm. num. 406. in margine.

64. Verùm etiam vt notat idem Aduocatus Pariſienſis in extrauaganti ex debito. in ſummario. de elect. in extrauag. commun. ibi Beneficia apud Sedem Apoſtolicam vacantia ſunt ſoli Papæ reſeruata. *in quantum extendit. cap. 2. de præbend. in 6. ambitioſa eſt, nec vſu recepta in Gallia.* Hæc Aduoc. Pariſienſis.

Aduoc. Pariſ. in extrauag. ex debito. in ſummario. de elect. in extrauag. commun.

65. Sed & illud deciſum in commentario ad libertates Eccleſiæ Gallicanæ Petri Pithæi art 68. ſub finem. & in priori volumine probationum ad libertates Eccleſiæ Gallicanæ. cap. 16. art. 58. vbi refertur decretum Curiæ Pariſienſis in publicis cauſarum actionibus prolatum, die 6. Iulij anni 1628. in materia Regaliæ, in Epiſcopatu Andegauenſi aperiendæ per tranſlationem Caroli Myronis Epiſcopi Andegauenſis ad Archiepiſcopatum Lugdunenſem, Romæ proprio motu fa-

Comment. libertat. Eccleſ. Gallic. Petri Pithæi art. 68. ſub finem. Volum 1. probat. lib. Eccl. Gall. cap. 16. art. 58.

Iacob. Talæus Aduoc. Regius in conclus. arresti diei 6. Iulij annui 1628.

ctam, tanquam Beneficij in Curiâ Romanâ vacantis, de quo differens juris scientissimus Iacobus Talæus Aduocatus Regius illud statuit, *Episcopatus & Archiepiscopatus Galliæ nusquam vacare in Curia.* [a]

a *Qu'il ne fallut point considerer si le benefice auoit vaqué* in Curiâ, *pource que le concerdat ne s'est jamais entendu d'Eueschez ny d'Archeueschez, & ne faut point faire distinction d'Archeueschez ny d'Eueschez des villes limitrophes; pource qu'en quelque façon, & en quel lieu qu'arriue la vacance de quelque Eueché que ce soit, le Pape n'y peut pouruoir sans la nomination du Rey: & quand il l'a voulu entreprendre il se voit dans le registre de la Cour que celuy nommé par le Roy a esté maintenu, quoy que sans Bulles, & celuy pourueu par le Pape n'a point joüy. Cela se voit auoir esté pratiqué pour l'Euesque de Tournay en l'an 1483. où ceux qui tenoient lors leurs places interjetterent appel des Bulles du Pape, dans lesquelles il n'estoit point parlé de la nominatien du Roy.*

Arrestum Prætorian Iud. siue Magni Cōsilij Patrum, de die 10. Martij anni 1628.

66. Quin etiam in Abbatiis idem decisum decreto Prætorianorum Iudicum, siue Magni consilij Patrum, de die 10. Martij anni 1658. perorantibus Francisco *Montolonio*, pro Francisco *Ioisel* Doctore Theologo Parisiensi, impetrante, & collatario summi Pontificis Abbatiæ *Beatæ Mariæ de Castriciis*, aliâs *Chatris*, in diœcesi Virdunensi, vacantis in Curia per obitum Eminentissimi Cardinalis Bichij vltimi possessoris, & Ludouico *Dubois*, pro Paulo *Gallard de Beart* Candidato Regio, & ad Regiam nominationem eadem Abbatia in Curia Romana donato, quo decreto candidatus Regius in possessione pacifica ejusdem Abbatiæ conseruatus est.

67. Amoto igitur à Canonicis electionibus reseruationum Apostolicarum vsu, electionum effectus integralis remanet, inhærendo ipsis Pragmaticæ Sanctionis sancti Ludouici terminis, quia reseruationis effectus præcipuus erat ipsarum electionum præreptio, & frequentius impedimentum, sicut & in præcedenti articulo probauimus in collationibus ordinariis, nec verò præuentiones Apostolicæ.

ARTICVLVS TERTIVS.

Item ſimoniæ crimen peſtiferum [a] Eccleſiam labefactans, [b] à Regno noſtro penitùs eliminandum volumus & jubemus. [c]

SVMMARIVM.

1. *Articulus tertius pars eſt Regiæ conſtitutionis anni 1228.*
2. *Simoniam non tantum à Beneficijs Eccleſiaſticis, ſed ab officiis Regiis exulare voluit ſanctus Pragmaticæ conditor.*
3. *Poſteriores Reges idem ſanxerunt, vt notat Aduocatus Pariſienſis.*
4. *Notantur conſtitutionum Regiarum epochæ, quas Aduocatus Pariſienſis tacuerat.*
5. *De venalitate Regiorum officiorum deteſtanda.*
6. *Quid ſignificent verba* item ſimoniæ crimen peſtiferum.
7. *Simoniæ crimen omnibus morborum titulis prænotatur.*
8. *Simoniæ crimini adſcripta, quæ in iure ciuili furto.*
9. *Simonia omnibus cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis ſubiacet.*
10. *Probatio huius criminis à quibuſcumque teſtibus elicitur.*
11. *In qualibet quantitate admittitur ſimoniæ crimen.*
12. *Simoniæ vitium reale eſt, vt furtum in iure ciuili.*
13. *Simoniæ vitium, vt & ſucceſſionis paternæ, non purgatur niſi per mediam extranei perſonam.*
14. *An datum electoribus ab extraneo, inſcio electo, noceat electioni.*
15. *Simoniæ crimen eſt Eccleſiaſticum, vtriuſque tamen fori.*
16. *In poſſeſſoriam litem incidens, eſt tribunalis ſecularis.*
17. *In id iudicium Duum virorum Fiſcalium, Brularti & Matilliaci.*

18. *Quare* pestiferum *dicatur crimen simoniæ.*
19. *Quid significent verba* Ecclesiam labefactans.
20. *Simonia vacationem inducit ipso iure, & obicem quærendis aliis Beneficiis.*
21. *Reale est vitium, non simpliciter personale.*
22. *Quid verba* à Regno nostro eliminandum volumus & iubemus.
23. *Nota Aduocati Parisiensis ad stil. Parlam. part. 3. tit. 39.*
24. *Nota eiusdem Aduocati ad can. fertur. 1. quæst. 1.*
25. *Ecclesia Gallicana olim nullis portentis dicebatur vexata.*
26. *Successu temporis omnibus infecta euasit.*
27. *Quid significet verbum* eliminari *specialiter sumptum.*
28. *Quid significet verbum* penitus.
29. *Quid significet verbum* volumus *cum altero* iubemus.

1. HIc articulus est pars veteris constitutionis ab eodem sancto Rege promulgatæ, & in Principio Regni & Imperii, anno scilicet. 1228. & refertur in veteri stilo Parlamenti parte 3. tit. 29. de simonia & ne quid pro Regiis officiis exigatur vel soluatur. & tandem in Pragmaticæ Sanctionis articulum 3. inscripsit.

Stil. Parlam. part. 3. tit. 39. de simon. & ne quid pro Regiis offic. exig. vel soluat.

2. Et ex eo patet sanctissimum Regem non modò voluisse simoniæ crimen ab Ecclesia, & Beneficiis Ecclesiasticis amouere, sed & ab officiis Regiis, vt indicat titulus sacræ constitutionis fronti inscriptus de simonia. & ne quid pro Regiis officiis exigatur vel soluatur. in stilo Parlam. part. 3. tit. 39.

Aduoc. Parif. in stil. Parlam. parte 3. tit. 39. in verbo iubemus.

3. Sed & illud posteriores Reges Francorum sanxerunt suis constitutionibus, vt notat Aduocatus Parisiensis in stilo Parlam. part. 3. tit. 39. ad hanc sacram S. Ludouici sanctionem. in verbo iubemus. *adde* inquit. *Carolum VII.* §. 84. 88. *Carolum VIII.* §. 68. *in Gallicis.*

4. Verùm & prænotare debuerat earumdem constitutionum epochas, quæ sunt, scilicet eius quæ Carolum

VII. authorem habet, anni 1453. & alterius, quæ Carolum VIII. agnoſcit conditorem, anni 1493. in prædictis articulis, vbi & quælibet pecuniæ illationes damnantur conſequendis muneribus & Officiis impendendæ.

Edictum Caroli VII. anni 1453. Caroli VIII.

5. Et de hac etiam Officiorum Regiorum venalitate deteſtanda, vide eundem Aduoc. Pariſ. in not. ad Decium in cap. Paſtoralis. de judiciis. in decretal. num. 4. in ſign. A. ad Decij Conſil. 251. in verbo dignitatis. & in ſtilo Parlam. parte 1. cap. 6. §. 13. in verbo poſtea. parte 2. cap. 1. in verbo tres. parte 3. tit. 3. §. 5. in verbo ſubrogare. tit. 25. §. 1. in verbo notariorum. tit. 46. §. 5. in verbo corrupti. gloſſ. Pragm. Sanct. tit. de annat. in principio. in verbo Eccleſiaſticis. & ibi Probus addit. vnica.

Aduoc. Pariſ. in not. ad Decium in cap. Paſtoralis. De iudic. nu. 4. in ſigno A. ad Decij Conſil. 251. in verbo dignitatis. & in ſtilo Parlam. part. 1. cap. 6. §. 13. in verbo poſtea. part. 2. cap. 1. in verb. tres. parte 3. tit. 3 §. 5. in verbo ſubrogare. tit. 25 § 1. in verb. notariorũ. tit. 46. §. 5. in verbo corrupti. gloſſ. Pragm. tit. de annat. in princip. in verbo Eccleſiaſticis. & ibi Probus addit. vnica.

6. A. *Item ſimoniæ crimen peſtiferum*, ſimonia dicitur ab authore Simone Mago, qui actorum cap. 8. cùm videret Apoſtolos per impoſitionem manuum Spiritus ſancti gratiam conferre in fidelibus viſibiliter operantem, & ipſe Petro Apoſtolo obtulit pecuniam, vt ab eo poteſtatem acciperet, & per impoſitionem manuum Spiritum ſanctum infundendi, & in eo confuſionem paſſus eſt, & repulſam, diuo Apoſtolo ipſum increpante & obiurgante, *vt pecunia cum eo foret in perditionem, quia donum Dei exiſtimaſſet pecunia poſſideri.*

Act. cap. 8.

7. Et ex eo tempore nundinatio rerum ſpiritualium, vel ſpiritualibus annexarum, pretio, vel rei temporalis compenſatione facta, dicitur ſimonia, vt & in officiis ſecularibus ſuffragiorum aucupatio dicebatur ambitus, & legis Iuliæ pœnæ ſubjacebat, & ideo apud Goffridum Vindocin. lib. 2. epiſtol. 11. & opuſculo 10. *Benedictio dicitur nauicularia* à comparatione Nautarum, qui gratis non tranſuehunt, ſed naulum accipiunt pro tranſuectione, vt notat Sirmundus ad hunc locum.

Goffrid. Vindocin. lib. 2. Epiſt. 11 & in opuſculo 10. Iacob Sirmundus in notis ad eumdem locum.

8. Eſt autem ſimoniæ crimen, quod in deteſtationem maiorem injiciendam, ſingulorum criminum & morborum titulis & nominibus prænotatur, quod vt obſeruauit Pariſienſis Aduocatus in commentarijs ad regulam

Aduoc. Pariſ. ad reg. de publ. num. 30.

de public. num. 30. *in toto iure Canonico in Beneficialibus nihil est odiosius, quæ nunc rabies, vt in cap. si dominus. nunc hæresis, vt in cap. quotiens. nunc pestis sui magnitudine alios morbos vincens nuncupatur, cap. sicut. extra de simonia.* vt quanto maiore odio prægrauetur, ita & maioribus pœnis, quasi ex coaceruatione cæterorum criminum adaugentibus puniatur.

9. Namque frequentiori & quotidiano crimini persequendo, ea fere omnia adscripta sunt, quæ in iure ciuili furto, nimium frequentiori & vsitato, in odium ipsorum furum tributa erant, vt pluribus actionibus, etiam minus inter se conuenientibus persequeretur, vt in eius probationem euincendam quilibet testes famosi, & alias intestabiles admitterentur, vt de qualibet etiam leuiori quantitate committeretur, denique vt nunquam vitium purgari posset, nisi res furto ablata in manus Domini perueniret, eæ namque nouæ & insolitæ, & quasi inter se pugnantes regulæ, & simoniæ crimini in iure Canonico adscribuntur.

Causa 1. quæst. 3. per totum. de simonia apud Greg. Bonifac. in Clement. & extrauag tum Ioannis XXII. tum commun.

10. Sed enim omnibus censuris Ecclesiasticis, & vindictis subiacet, excommunicationis, suspensionis, depositionis, priuationis Beneficiorum, passim in iure, & apud Gratianum. causa 1. quæst. 3. per totum. & in titulo. de simonia apud Gregorium, Bonifacium, in Clementinis. & extrauagantibus tum Ioannis XXII. tum communibus.

Cap. per tuas. de simonia. Redoan. in tract. de simonia parte 4. Aduocat. Paris. in not. ad cap. 1. in textu. ibi assequuti. de testã. in 6. gloss. Pragm. cap. sicut. §. quod si aliter. in verbo horrorem.

11. Item vt eius criminis conuictio eliciatur, quicumque testes admittuntur, etiam non omni exceptione maiores, sed & infames, meretrices, consortes & participes criminis, vt in cap. per tuas. de simonia. & apud Redoanum in tractatu de simonia. parte 4. Aduoc. Paris. in notis ad cap. 1. in textu. ibi assequuti. de testam. in 6. gloss. Pragm. Sanct. cap. sicut. §. quod si aliter. in verbo horrorem.

Glossa Pragm. tit. de elect. §. vt omnium. in verbo paruum.

12. Sed etiam in leuiori quantitate, etiam sex assium committitur, vt innuit eadem glossa Pragmat. Sanct. tit. de elect. §. vt omnia. in verbo paruum. ad vitandam ipsius

frequentiam, vt & furti, quod & in minore quantitate admitti vulgò jactatur.

13. Verùm etiam reale est crimen, vt & furtum, titulum & possessionem inficiens beneficij, vt in quamcumque manum deuenerit Beneficium, non purgetur vitium, donec in manus Canonici & pacifici possessoris transierit, vt innuit Aduocatus Parisiensis in commentariis ad regul. de public. num. 30. item glossa Pragm. tit. de elect. cap. sicut. §. quòd si aliter. in verbo perpetuo.

Aduoc. Parif. ad reg. de publie. num. 30. Gloff. Pragm. tit. de elect. cap. sicut. §. quòd si aliter. in verbo perpetuo.

14. Sed enim ibi glossator vtitur alio exemplo successionis paternæ in Beneficio, quæ non purgatur nisi per mediam extranei personam, sicut & simonia, his verbis, *Oportet enim quòd vitium simoniæ purgetur per personam intermediam, sicut persona media purgat vitium successionis in Beneficio, cap. ex transmissa. & cap. ad extirpandas. de filiis Presbyter.*

Gloff. Pragm. ibidem.

15. Et ex eo etiam illud prouenit, quod datum, vel promissum ab altero, electori, etiam inscio electo, electionem inficiat, vt Beneficium sit ab electo auferendum, tanquam turpe lucrum, & simoniacum, cap. nobis. 27. de simoniâ. & ibi Aduocatus Parisiensis. in glossa verbi interueniente. ibi commissa est simonia. vbi distinguit, an datum electoribus, ab extraneo, & inde moti fuerunt electores.

Cap. nobis. 27. de simonia. & ibi Aduoc. Parif. in gloff. verbi interueniente. ibi cõmissa est simonia.

16. Est autem hujus criminis ea natura & conditio, vt verè Ecclesiasticum dicatur ab origine, Iudicis tamen Ecclesiastici, simul & Laïci cognitioni reseruatum, constitutione Blesensi. art. 21. quæ illius accusationem & condemnationem, tùm aduersus Clericos, diœcesanis Episcopis, tùm aduersus laïcos, Iudicibus Regiis exequendam committat.

Constit. Blesens. art. 21.

17. Sed etsi in causam Beneficij possessoriam incidat, inter Ecclesiasticos inuicem contendentes, Iudicis laïci cognitioni deferatur, vt obseruat Aduocatus Parisiensis in commentariis ad reg. de publicand. num. 31. & ad Decij consil. 118. in verbo per triginta annos. cujus

Aduoc. Parif. ad reg. de publie. num. 31. & ad Decij Consil. 118. in verb. per triginta annos.

occasione, à Regno nostro eliminandum, non fuit enim Regnum, quod magis infectum fuerit & labefactatum crimine simoniæ, quàm Regnum Franciæ.

24. Namque & illud adnotat Aduocatus Parisiensis ad hunc articulum constitutionis Regiæ, relatum in stil. Parlam. part. 3. tit. 39. his verbis, *quod in hoc Regno frequens erat, etiam tempore Gregory Magni. 1. quæst. 1. fertur. grauiter hac de re increpauit Theodoricum & Theodebertum Reges Francorum, diras calamitates insinuans, quæ etiam his contigerunt, quid ergo his Regibus fiet.*

Aduoc. Parisf. in stilo Parlam. part. 3. tit. 39.

25. Sed enim & harum calamitatum seriem subnotat Aduocatus Parisiensis ad canon. fertur. in textu. ibi prægrauatur. *sic enim contigit, quia Theodoricus fuit decapitatus apud Coloniam, & Theodebertus intoxicatus à Brunichilde*, quæ nota margini adjecta remansit in emendatione Romanorum, suppresso tamen nomine authoris, vt in plerisque aliis locis, vt gloria adnotatori præriperetur.

Aduoc. Parisf. ad can. fertur. in textu. ibi prægrauatur. 1. quæst. 1.

Nota ad emẽdationem Romanorum.

26. Et hoc summo Galliæ nostræ, & Ecclesiæ Gallicanæ dedecori vertitur, quod licet aliàs ex eo laudata fuerit, etiam à Diuo Hieronymo epistola ad Vigilantium, *quòd cùm multis constet cæteras regiones abundasse portentis, sola Gallia non haberet*, quod aliàs aptè & conuenienter in honorem Ecclesiæ Gallicanæ repetebat Arnulphus Lexouiensis Episcopus in epistola 21. ad Episcopos Angliæ.

D. Hierony. epist. ad Vigilantium.

Arnulph. Lexou. Episcop. epist. 21. ad Episcopos Angliæ.

27. Attamen infœlici successu temporum, omnia Ecclesiastica vitia in Ecclesiam Gallicanam irruperunt, pluralitatis Beneficiorum, de qua queritur Alexander III. in integra decretali 1. de Præbend. in 2. compilat. laudatus à Vido Conchil. in memorialibus reformat. status Ecclesiastici. pag. 136. vt & frequentioris venandi affectus, Nicolaus Papa in cap. in nomine Domini. distinct. 33. aleæ, vt Innocent. III. in cap. inter dilectos. de excess. Prælat. & tandem simoniæ, vt habetur suprà, vt demùm tot & tam frequenter habitæ querelæ reformandi affectum excitare debuerint.

Alexand. III. in integra decret. 1. de præb. in 2. compil. Guid. Conchi. in memor. reformat. stat. Ecclesiast. pag. 136. Nicolaus Papa in cap. in nomine Domini. distinct. 33. Innocent. III. in cap. inter dilectos. de excess. Prælat.

28. Vult igitur sanctissimus Pragmaticæ conditor simoniæ pestiferum crimen à Regno suo penitus *eliminari*, quod est extrudi, dejici extra limen & limites Regni; quemadmodum à contrario sensu postliminium dicitur regressus intra limen siue limites, in rubrica de captiuis. & postlimin. reuersis.

Rubrica de captiu. & postlim reuersis.

29. *Penitus.* id est longiùs, quamuis enim hæc dictio varias habeat interpretationes, vt aliquando significet omninò, valde, ipso jure, in gloss. Pragmat. Sanct. Caroli VII. huic tamen articulo conuenientiorem admittit, vt significet remotiùs, longiùs.

Gloss. Pragm. Sanct.

30. *Volumus.* Voluntas autem Regis habetur pro mandato & præcepto,* secundùm consuetum & vsitatum stilum ipsarum constitutionum, maximè, cùm illud verbum volumus jungitur jussui Regio, vt hîc effertur, *volumus* & *jubemus*, quod enim Principi placuit, legis habet vigorem, instit. de jur. natur. gent. & ciuili. §. sed quod Principi.

§. Sed quod Principi de jure natur. genr. & ciuil. in institut.

ARTICVLVS QVARTVS.

Item promotiones,[a] collationes,[b] prouisiones,[c] & dispositiones[d] Prælaturarum,[e] dignitatum,[f] & aliorum quorumcumque Beneficiorum;[g] & Officiorum * Ecclesiasticorum,[h] Regni nostri,[i] secundùm dispositionem,[k] ordinationem,[l] & determinationem[m] juris communis,[k] sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei,[l] atque institutorum antiquorum Sanctorum Patrum,[m] fieri volumus & ordinamus.[n]

* Apud Rebuffum in concord. tit. de elect. derog. in verb. simoniacis. vbi refertur textus Pragmaticæ S. Ludouici, post verbum *Officiorum*, tollitur verbum *Ecclesiasticorum*, & reponitur post verbum *Beneficiorum*, vt legatur *Beneficiorum Ecclesiasticorum & Officiorum Regni nostri.*

SVMMARIVM.

1. A*Rticulus quartus communis primo & secundo præcedentibus.*

2. *Ab vtraque Beneficiorum dispensandorum ratione omnes obices abesse debent.*
3. *Quinam sint speciales obices dispensandorum Beneficiorum.*
4. *Articulus primus, secundus, & quartus in stilo Parlamenti sub eodem titulo combinantur.*
5. *Idem in collectione Regiarum constitutionum Antonij Fontanonis.*
6. *Verbum infrà in decretalibus consuetam resectionem earumdem denotat.*
7. *Pragmatica Sanctio S. Regis, soli juris communis dispositioni innititur.*
8. *Probatur authoritate Glossatoris Pragmaticæ Caroli VII.*
9. *Accommodantur ea quæ à Iuuenale Vrsino dicta in commendationem Pragmaticæ Caroli VII. huic nostræ Pragmaticæ.*
10. *In quibus consistant libertates Ecclesiæ Gallicanæ.*
11. *Libertates Ecclesiæ Gallicanæ non sunt priuilegia.*
12. *Inconcussæ manere debent, vt & jura naturalia.*
13. *Probatur & illud ab illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi in dissertat. Concord. Sacerd. & Imperij.*
14. *Ordo & series tractandæ materiæ præmittitur.*
15. *Quid significent verba* Item promotiones.
16. *Quid & verba* collationes.
17. *Quid sunt propriè collationes & concessiones.*
18. *Quid & verba* prouisiones.
19. *Quare Pontificiæ collationes dicuntur prouisiones.*
20. *S. P. in conferendis Beneficiis agit necessariò.*
21. *Aliud seruatur in patriis obedientiæ.*
22. *Non inferendum ex hoc articulo sanctum Regem Pontificiis collationibus legem dicere voluisse.*
23. *Imò illis tantum antiquioris juris dispositiones accommodauit.*
24. *Ad Heliam Archiepiscopum Turonensem & Cardinalem in libello defensorij concordatorum contra Pragmaticam Gallorum.*

25. *Sanctissimus Rex non impediuit Romam præcurrentes Beneficiorum impetrandorum occasione.*
26. *Quid significent verba* dispositiones.
27. *Quid verbum* Prælaturarum.
28. *Quinam sint Prælati, & Prælaturæ.*
29. *Prælaturæ vel sunt majores, vel minores, de quibus hic agitur.*
30. *Quænam sunt majores dignitates & Prælaturæ.*
31. *Quid prænotet verbum* dignitatum.
32. *Singulorum verborum ad suas dispositiones specialis reductio.*
33. *Quid significent verba* & aliorum quorumcunque Beneficiorum.
34. *Refertur Pragmaticæ Ludouicianæ textus, prout jacet in commentariis Rebuffi ad concordata.*
35. *Conuenientior textus probatur, prout hic jacet.*
36. *Euincitur major conuenientia textus, prout hic jacet.*
37. *Quid significent verba* & Officiorum Ecclesiasticorum.
38. *Officiorum Ecclesiasticorum alia perpetua, alia temporalia.*
39. *Enumerantur variæ Officiorum perpetuorum species.*
40. *Adduntur & aliæ species in Regularibus Ecclesiis.*
41. *Vti ex nouis Ordinis Benedictini reformandi Bullis, mensis Conuentualibus vnita dicantur Officia.*
42. *Referuntur & species Officiorum temporalium.*
43. *Officiorum alia cum dignitate, alia sine dignitate.*
44. *Alia Beneficiis cohærent, alia sunt ab eis sejuncta.*
45. *Vbi ex corpore Canonicorum extrahuntur temporarij Officiales, majori ex eo prærogatiua non gaudent.*
46. *Officiorum, dignitatum, & administrationum promiscua nomina, secundùm cujusque Ecclesiæ possessionem secernenda.*
47. *Pleraque vsus & consuetudinis in Ecclesia Gallicana seruatæ exempla.*
48. *Adduntur & alia in Regularibus sæculari togâ donatis Ecclesiis.*

49. *Quid prænotent verba* Regni nostri.
50. *Vicinæ regiones leges nostras & vsus in regendis Ecclesiis mutuatæ.*
51. *Gallicana Ecclesia exemplar fuit prælucens cæteris.*
52. *Vti à Gregorianâ compilatione decretalium abscesserint, quæ Ecclesiæ Gallicanæ commendandæ conducebant.*
53. *Quid importent verba* secundùm juris communis dispositionem.
54. *Subjiciuntur hic tres juris publici & communis partes.*
55. *Conscribuntur singulæ partes suis articulis præcedentibus.*
56. *Quid sit jus commune, & vt opponitur nouo juri, & priuato.*
57. *Vti Gallicana Ecclesia respuerit nouos Curiæ Romanæ vsus.*
58. *Definitur & restringitur jus commune suis limitibus.*
59. *Exempla reseruationum clausarum in corpore juris, & excurrentium.*
60. *Quid significent verba* ordinationem sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei.
61. *In quibus potissimùm consistat juris communis restauratio.*
62. *Quid prænotent verba* & determinationem Institutorum antiquorum sanctorum Patrum.
63. *Quid sint instituta antiqua sanctorum Patrum.*
64. *Ex his quæ apud Gratianum relata pleraque expungenda quæ ex suo addidit.*
65. *Nota ad Heliam Turonensem Archiepiscopum & Cardinalem in libello defensorij concordatorum contra Pragmaticam Gallorum.*
66. *Quæ decretales, & S S. PP. decreta seruanda.*
67. *Vti intelligendus nostræ Pragmaticæ Sanctionis articulus.*
68. *Quid significent verba* volumus & ordinamus.
69. *Quid addat verbum* ordinamus *verbo* volumus.

1. COmmunis est & refertur hic articulus ad primum & secundum præcedentes, in quibus actum

est de libertate collationum ordinariarum & electionum Canonicarum obfirmanda, in hoc verò agitur de vtroque Beneficiorum Ecclesiasticorum, siue per viam Canonicæ electionis, siue per viam collationis ordinariæ dispensandorum modo & ratione, iuris communis dispositioni, sacrorum Conciliorum ordinationi, atque institutorum antiquorum Sanctorum Patrum determinationi submittenda.

2. Et ex eo concludendum hanc sanctissimi Regis mentem fuisse, vt ab vtroque Beneficiorum dispensandorum modo & ratione, amouerentur penitus omnes nouæ & insolitæ clausulæ ab Aulæ Romanæ Curialibus inductæ, quibus aut eligendi, aut conferendi libertas aliquatenus coarctaretur, vel minimùm prægrauaretur.

3. Reseruationes Nempe Apostolicæ, gratiæ expectatiuæ, & mandata de prouidendo ad vacatura Beneficia, & alij hujusmodi noui inuecti vsus, qui juris communis dispositioni, sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei ordinationi, atque institutorum antiquorum sanctorum Patrum determinationi obessent.

4. Et inde est quòd illi tres articuli Pragmaticæ nostræ, primus scilicet, secundus, & quartus in veteri stilo Parlamenti iunguntur, & veluti combinantur, sub vno eodemque titulo parte 3. titulo 3. de electione. qui est antiquior & frequentior in Ecclesia conferendi modus, primùm in omnibus Beneficiis, & Officiis Ecclesiasticis quibuscumque dispensandis accommodatus.

Stil. Parlam. parte 3. tit. 3. de electione.

5. Vt & in collectione Regiarum constitutionum opera Antonij Fontanonis edita tomo 4. tit. 1. art. 1. sub hac denotatione & *infra*, in compilatione decretalium Gregorij IX. quandoque vsurpari solita, inscribuntur in vtraque collectione, tum stili Parlamenti, tum Regiarum constitutionum.

Collect. reg. constit. Antonij Fontanonis. tomo 4. tit. 1. art. 1.

6. Sed & ea loquendi forma plerumque combinationem arguit, & resectionem ex integrioribus constitutionibus, quæ habentur in antiquis collectionibus, Antonij Augustini operâ, ac demum Innocentij Cironij Tho-

losanæ Ecclesiæ & Academiæ Cancellarij industriâ prælo commissis, vt & prædictos articulos constitutionis nostræ ex integriori & pleniori Sanctione quam hîc præmisimus exponendam, desumptos arguant.

7. Verùm & ex eo etiam nostræ Pragmaticæ Sanctionis articulo quarto euidentissime comprobatur, quod dictum est in præludiis huius sacræ Sanctionis, ipsam Pragmaticam Sanctionem solius iuris communis dispositioni inniti, quod sanctissimus Rex profitetur expressius in hoc articulo.

8. Sed & ex ejusdem sanctissimi Regis mente, glossator Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. in conclusione Ecclesiæ Gallicanæ.in verbo Pragmaticam. Illud arguit his verbis, *Et Beatus Ludouicus fecit vnam Pragmaticam, pro juris communis in electionibus, & collationibus Beneficiorum defensione*, vt & in tit. de elect. cap. sicut. §. quibus. in verbo iuris communis. & ibi Probus addit. vnica.

Gloss. Pragm. Sanct. Caroli VII. in conclusione Eccl. Gallican. in verbo Pragmaticam. Ead. gloss. tit. de elect. cap. sicut. § quibus. in verbo iuris communis. & ibi Probus addit. vnic.

9. Vt certè verius de ea sancti Regis Pragmatica Sanctione dici possit, quàm alias Iuuenalis Vrsinus Archiepiscopus Remensis in publica expostulatione coram Rege Carolo VII. protestatus fuerit, de Pragmatica Sanctione ejusdem Regis, *Obseruationi illius Sanctionis insistere, nihil aliud esse, quàm generalium Conciliorum decretis, & sanctorum Patrum regulis, & prædecessorum Regum ordinationibus obedire, vel annuere.* [a]

Ioann. Iuuenalis Vrsinus Archiepisc. Rem. in expostulat. coram Carolo VII.

[a] *Entant que touche la Loy ou Ordonnance par vous faite touchant l'Eglise, qu'on appelle Pragmatique Sanction, sur le fait des élections, exactions de Finances, &c. Si elle estoit bien gardée & obseruée, c'est consentir que les Statuts, Ordonnances, Constitutions & Loix des SS. Conciles generaux soient gardées & obseruées.*

10. Sed & in ea potissimum juris communis dispositione, sacrorum Ecclesiæ Dei Conciliorum ordinatione, atque institutorum antiquorum sanctorum Patrum determinatione, consistunt libertates quæ vulgò dicuntur Ecclesiæ Gallicanæ.

11. Nec verò illæ, per consequens Priuilegia dici possunt, à summis Pontificibus Ecclesiæ Gallicanæ indulta, vel impertita, quæ liberæ reuocationi subjaceant, vt

Præfatio Historica sub finem.

ſupra admonuimus, & probauimus in Præfatione Historica ad hanc noſtram Pragmaticam Sanctionem.

12. Imò inconcuſſæ manere debent, vt naturalis & primæua ratio, quemadmodum ciuilis ratio, quæ ciuilia quidem iura corrumpere poteſt, naturalia verò non vtique, in §. vlt. de legit. aquat. tutela. ſic & Pontificia Sanctio, antiqua & primæua iura lædere, vel imminuere non poteſt.

§. Vlt de legit. aquat. tut. in inſtitution.

13. Sed & illud idem probare videtur illuſtriſſimus Archiepiſcopus Pariſienſis Petrus de Marca in diſſertat. de Concord. Sacerdot. & Imperij. lib. 3. cap. 1. art. 7. & 8. vbi & hunc Pragmaticæ noſtræ Sanctionis articulum refert, & cum altera ſancti Regis conſtitutione, anni 1228. de libertate Eccleſiaſtica, in Arelatenſi & Narbonenſi Prouinciis, vt & in Ruthenenſi, Caturcenſi, Aginenſi, & Albigenſi Diœceſibus, illibatè ſeruanda, coniungit.

Concord. Sacerdot. & Imperij. lib. 3. c. 1. art. 7. & 8.

Conſtitutio S. Ludouici anni 1228 de libert. Eccleſiaſtica.

14. Illud itaque nobis ſupereſt vt ſingula huius articuli quarti verba & terminos breuiter & ex ordine exponamus, prout iacent in ipſo articulo, & vnicuique mentem ſuam propriam & intellectum conuenientem accommodemus; & primum illud occurrit.

15. A. *Item promotiones.* Refertur illud verbum ad Prælaturas, de quibus ſubditur in eodem articulo; ad quas promoueri dicimur, quaſi ab inferiori gradu ad ſuperiorem, vt & promoueri dicimur ab inferiori ordine ad ſuperiorem, in rubrica de clerico per ſaltum promoto. Vnde & Senatu motus dicitur, & remotus, qui Senatoria dignitate priuatus eſt, in §. quibus. inſtit. de cap. diminut. & in lege 3. dig. de Senator.

Rubr. de cler. per ſaltum promoto.

§. Quibus inſtit. de cap. diminut. & leg. 3. dig. de Senat.

16. B. *Collationes*, illud verbum refertur ad minores dignitates, & ad quæcumque alia collatiua Beneficia, de quibus infra, quæ iure ordinariæ collationis diſpenſantur à collatoribus ordinariis, nec commiſſis inuicem variis ſuffragiis & eligentium votis, vt fit in electionibus.

17. Et dicuntur proprie collationes, ſiue conceſſiones,

in

in rubrica de conceſſ. Præbendæ. quæ ſunt merè liberæ & voluntariæ, nec conferentis libertatem aſtringunt. vnde & donationes appellantur, in cap. 3. de ſuppl. neglig. Præl. *Donari enim intelligitur, quod nullo cogente iure conceditur* in leg. donari. dig. de donat. Rubrica de cōceſſ. Præbend. Cap. 3 de ſupp. neglig. Prælar. l. donari. dig. de donat.

18. C. *Prouiſiones*, proprie dicuntur collationes Pontificiæ, vel Legatorum ſummi Pontificis, cum collationes ordinariorum collatorum proprie dicantur conceſſiones, vnde & reſcripta Pontificia de prouidendo dicuntur ſignaturæ prouiſionis.

19. Sed & ex eo quod cùm ſummus Pontifex ſit Vicarius Chriſti in terris, & ad eum propiùs accedat, ipſius diſpenſatio, & adminiſtratio in Eccleſia Dei exerceri ſolita, prouiſio dicitur, vt adminiſtratio Dei in terris dicitur prouidentia, vt diuinum regimen aliquatenus imitetur.

20. Vel etiam in eo quod, vt Deus agit neceſſariò concurrens cum creaturis, ita & ſummus Pontifex ſine delectu ad ſupplicantis poſtulationem concedat, concurrens cum ordinariis collatoribus, vt etiam regnicolis, & Francigenis ad primum Nuncij occurſum, quod priuilegium Gallorum eſſe vulgò iactatur.

21. Verùm aliud ſeruatur in Beneficiis quæ vacant in patria obedientiæ, in menſibus ipſi ſummo Pontifici deputatis & adſcriptis, in quibus ordinarius collator exiſtit, cum libera conferendi poteſtate, nec coarctata, ex aſſignatione menſium & partitione, ſecundum regulam de menſibus & alternatiuis, in Prouinciis obedientiæ ſeruatam.

22. Nec tamen ex eo velim inferri Regem Chriſtianiſſimum leges imponere voluiſſe ipſis Pontificiis, aut Apoſtolicis prouiſionibus, cùm de ea ſede nemo iudicet, Can. nunc autem. 21. diſtinct. nec enim in ſua ſacra Sanctione de ipſis iudicauit, vel regulas nouas illis addidit. Can. nunc autem. 21. diſtinct.

23. Imò earum vſum in Regno Gallicano firmauit, & veluti renouauit ipſe iuris communis diſpoſitiones, ab

V

ipsis sanctis Patribus decretas, & sancitas, prouisionum Apostolicarum executioni adhibendas, vt quasi à se ipsis iudicarentur summi Pontificis, vt Marcellinus in d. Can. vel paterentur leges ipsas quas tulerant, secundum communem iuris regulam, in rubrica vt quisque iuris in alium statuerit, vt ipse eodem vtatur.

Rubr. vt quisque iuris in alium statuerit.

24. Nec enim cum Helia Archiepiscopo Turonensi & Cardinale in suo tractatu defensorij Concordatorum contra Pragmaticam Sanctionem Gallorum, in examine ipsius Pragmaticæ sancti Ludouici, quam in suo tractatu inseruit, negare velim prouisiones, vel promotiones Apostolicas à sanctissimo Rege comprobari.

Tract. Heliæ Turonensis defens. Concord. contra Pragm. Gall.

25. Nedum etiam impediri ipsos ad Curiam Romanam Beneficiorum impetrandorum causa accedere volentes, aut per prehensionem litterarum Apostolicarum, aut per iurisdictionis Apostolicæ voluntariæ, quæ in dispensatione Beneficiorum exercetur, perturbationem, vt supra probauimus ad primum huius sacræ Sanctionis articulum. in verbo ius suum plenarie habeant. & vnicuique sua iurisdictio seruetur.

26. D. *Et dispositiones*, generale verbum dispensandi, quod refertur ad quoscumque Beneficiorum dispensandorum modos & rationes, siue per viam Canonicæ electionis, siue per viam collationis ordinariæ, vt in iure ciuili disponendi verbum refertur siue ad dispositiones & donationes inter viuos habitas, siue ad dispositiones testamentarias & codicillares.

27. E. *Prælaturarum*, illud verbum respicit primum disponendi modum in hoc articulo expressum, quod effertur verbo promotiones, quas proprie dispensationes Prælaturarum esse diximus, quasi ascensiones, prouectiones, & processiones ab inferiori, vel primo gradu, ad superiorem.

28. Sunt autem Prælaturæ, vt & Prælati; vt supra adnotauimus ad articulum primum huius Pragmaticæ Sanctionis. in verbo Prælati. generali vocabulo acceptæ, Prælationes, & præeminentiæ in Ecclesia, vt notat ethimon nominis.

29. Verùm Prælaturæ, vel sunt majores, vel minores, de maioribus autem hîc agitur, cùm Prælaturæ vocabulo mox subiiciatur dignitatis nomen, quod Prælaturis subiectum, de minoribus tantum dignitatibus vsurpari potest, de quibus mox agemus, cùm hic articulus, vt mox præmisimus, omnibus & singulis dignitatibus & Beneficiis communis sit, & disponendi rationibus Canonicæ formæ reddendis.

30. Maiores autem Prælaturæ, vt & Prælati, sunt dignitates, quibus intitulati habentur Principes & capita Ecclesiarum quibus præficiuntur, & quibus decedentibus Ecclesiæ Pastore dicuntur viduatæ, & in subrogandis & sufficiendis aliis Prælatis & Pastoribus proceditur per formam cap. quia propter. de elect. & electi potest. vt sunt Episcopatus, Archiepiscopatus, Abbatiæ, & Prioratus Conuentuales, de Minoribus in subsequenti verbo dicemus.

31. F. *Dignitatum*, de Minoribus hîc agitur, sicut in præcedenti verbo Prælaturæ de maioribus actum est, sunt autem minores dignitates vel generali verbo prænotatæ, *administrationes Ecclesiasticæ titulis Beneficiorum inhærentes, cum honore vel iurisdictione coniunctæ*, vt patet ex glossa cap. 1. de consuetud. in 6. cap. de multa. de Præbend. apud Greg. & ibi Panorm. Quintinus Hæduus & Nicolaus Rebbius Insulensis Canonicus in tract. de dignit. & Offic. Ecclesiast.

Glossa. c. 1. de consuet. in 6. c. de multa. de Præbend. apud Greg. & ibi Panor. Quintin. Hæduus, & Nicol. Rebbius in tract. de dign. & offic. Ecclesiast.

32. Hoc autem verbum *dignitatum*, cùm dignitates collatiuas spectet, refertur ad præcedens hujus articuli vocabulum *collationes*, vt verbum Prælaturarum refertur ad *promotiones*, siue electiones, de quibus seriatim in hoc articulo agitur, vt ad singula & præcedentia dispositionum vocabula conuenientior reductio fiat.

33. G. *Et aliorum quorumcumque Beneficiorum*, his terminis comprehenduntur cætera Beneficia simplicia, quæ nec sunt Prælaturæ, nec dignitates, nec personatus, & referuntur ad verbum *collationes*, vel (vt commune & generale verbum est, cæteris omnibus Bene-

ficiis conueniens) referendum eſt ad generalius verbum *diſpoſitiones*, de quo mox egimus.

34. Subditur in exemplari Pragmaticæ noſtræ ſancti Ludouici, in commentario Rebuffi ad Concordata tit. de elect. derogat. in verbo ſimoniacis. vbi refertur idem textus, verbo *Beneficiorum*, & illud *Eccleſiaſticorum*, quod in hoc Pragmaticæ noſtræ exemplari ſupponitur verbo *officiorum*, quod mox explicandum venit.

Rebuff. ad Cõcord. de elect. derogat. in verbo ſimoniacis.

35. Sed reuera congruentior habetur vt hîc iacet textus, verbum enim Eccleſiaſticorum ſuppoſitum verbo Beneficiorum abundaret, cùm quælibet Beneficia ſint Eccleſiaſtica, maximè ea de quibus hîc agitur, nec enim de feudis, quæ & Beneficia dicuntur ſed profana hîc quæſtio eſſe poteſt.

36. Verùm & detractum verbo *Officiorum Regni*, vt profana efficeret, minus conuenienter ſubmitteret Officia Regia diſpoſitioni iuris communis, ordinationi ſacrorum Conciliorum Eccleſiæ Dei, & determinationi inſtitutorum antiquorum ſanctorum Patrum, quibus neutiquàm ſubmiſſa ſunt, nec de his diſpoſuerunt.

37. H. *Et Officiorum Eccleſiaſticorum*, addit & Officia Eccleſiaſtica, quæ iiſdem regulis Regi debent & gubernari, ac Beneficia, & iûris communis diſpoſitioni ſubmitti, vt recte addatur verbo *Officiorum*, & illud *Eccleſiaſticorum*, vt mox probauimus.

38. Officiorum autem Eccleſiaſticorum alia ſunt perpetua, & Beneficiis ipſis, & titulis eorum cohærentia, alia ſunt temporalia, & ad tempus commiſſa, quæ finito tempore ceſſant, vel aliis exercenda creduntur.

Variæ Officiorum Eccleſiaſticorum ſpecies.

39. Vt ecce in Eccleſiis quibuſdam, quidam intitulati Beneficiis dicuntur Eleemoſinarij, Veſtiarij, Camerarij, Sacriſtæ, Cuſtodes, Oeconomi, ab Officio quod gerunt, & functionibus Officio congruentibus.

40. Sed & Cellarij, Theſaurarij, Infirmarij; maximè in Eccleſiis regularibus & Monaſteriis, vbi dicuntur Officia & adminiſtrationes, abſque vlla tamen prærogatiua, vel præeminentia, ſiue in choro, ſiue in capitulo.

41. Verùm ex nouis reformationum regularium Bullis, hujusmodi Officia vnita dicuntur mensæ Conuentuali in perpetuum, vt seruatur in reformandis Monasteriis Benedictinis, & Congregationi, quam dicunt S. Mauri in Gallia, vniendis, vt patet ex iisdem Bullis. Bullæ reformationis Benedictinæ congregationis sancti Mauri.

42. Alia Officia sunt temporalia, vt Operarij, quorum officia ad certum tempus tantum quibusdam Canonicis committuntur exercenda, vt interim Operæ præficiantur, siue communi Ecclesiæ refectioni & reparationi, vnde dicuntur Operariæ Magistri, *Maistres de l'œuure*.

43. Et verò Officiorum alia sunt cum dignitate & præeminentia quadam, siue inter alios Prælatione, tum in choro, tum in capitulo, alia sine dignitate & præeminentia, vt dictum est supra.

44. Alia Beneficiis cohærent, & titulis eorum insita sunt, alia sunt ab eis seiuncta & separata, vt Vicarij Episcoporum, item Officiales.

45. Sed & hi aliquando ex corpore Canonicorum eliguntur, & ex eo maiorem in choro, vel in capitulo præeminentiam, vel prærogatiuam non habent, nec præ aliis feruntur, sed in suo matriculæ ordine permanent.

46. Officiorum autem, dignitatum, administrationum, & personatuum plerumque promiscua sunt nomina & vocabula, vt in quibusdam Ecclesiis dicantur Officia, & administrationes simplices, in quibusdam dicantur dignitates, quod ex cujusque Ecclesiæ consuetudine æstimari debet, cap. cum olim. de consuetud. Cap. cũ olim. de consuetudine.

47. Sed & huius rei exemplum in nostra Gallicana Ecclesia nobis subministrat Innocentius IV. in cap. de multa. de Præb. in Ecclesia Turonensi, & Carnotensi, in quibus Præpositi, licet quædam Officia etiam honoris & dignitatis exequantur, nec tamen sunt dignitates, & contra Archidiaconi, licet in plerisque Ecclesiis nullam administrationem habeant, vel Officium, sunt tamen vbique dignitates. Innocent. IV. in cap. de multa. de Præb.

48. Et verò quæ in quibusdam Ecclesiis, maximè in regularibus dicuntur Officia, vt Camerarij, Obedientiarij, Sacristæ, in aliis regularibus Ecclesiis in sæculares transformatis, dicuntur dignitates, vt de Camerario sancti Pauli, Obedientiario sancti Iusti, Sacrista sancti Nazarij tradit Papo 3. notarior. tit. de dispensat. ratione ætat. rursus in Ecclesia Ambianensi Pœnitentiarius habet dignitatem, qui alibi simplex est officium, vel administratio.

Papo 3. notar. tit. de dispens. ratione ætatis.

49. I. *Regni nostri*, addit sanctissimus Rex præcedentibus & singulis Beneficiis regendis hanc notam, & veluti restrictionem, vt de solis Beneficiis, administrationibus, vel Officiis Ecclesiasticis, quæ sunt de Regno intelligantur, non de aliis, vt de Prælatis Regni iam dictum est ad primum Pragmaticę nostrę articulum, quamuis vbique sancta constitutio seruari deberet, cùm solis iuris communis regulis innitatur.

50. Et ex eo fuit vt plures alij Principes, & particulares Ecclesiæ extra Regnum constitutæ, sacrarum nostrarum constitutionum regulas mutuatæ sint, vt Anglia, & vicinæ Regiones, quod & in pluribus SS. PP. decretalibus Epistolis patet manifestius.

Honor. III. in integra decretali cum creatura. de celebrat. miss. in 5. compilat. decretal.

51. Namque vt testatur ipse Honorius III. in decretali integra cum creatura. de celebrat. missar. in 5. compilatione decretalium. Beneficio & opera Innocentij Cironij Tholosani Cancellarij edita, *Gallicana Ecclesia, per Dei gratiam, tanquam lucerna super candelabrum posita, lucet alijs per exemplum, qui videntes opera eius bona glorificent patrem cœlestem.*

Aduoc Paris. in not. ad tit. decretal. in verbo. Raymundi. Innocent. Cironnius add. c. cum creatura. de celebrat. miss in 5. compilat. decretal.

52. Et hæc quidem Ecclesiæ Gallicanæ commendatio à compilatione Gregoriana abscesserat, vt pleraque alia, quæ illustrandæ Ecclesiæ Gallicanæ conducebant, vt notauit Aduocat. Parisiensis in not. decretalium. in titulo. in verbo Raymundi. adde & hîc quæ ad commendandam Ecclesiam Gallicanam obseruat idem Innocentius Cironius ad hoc cap.

53. K. *Secundum dispositionem iuris communis*, posterio-

ra huius articuli vocabula *secundum dispositionem, ordinationem, & determinationem, iuris communis, sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei, atque institutorum antiquorum sanctorum Patrum, fieri volumus;* diuisim &. per partes exponemus, & vnicuique sanciendi modo suas partes accommodabimus.

54. Sed enim tres hîc subjiciuntur, dispositio, ordinatio, & determinatio, quibus & suam iuris publici partem hîc expressam singulis subnectemus, quæ & tres pariter supponuntur, ius commune, sacra Concilia Ecclesiæ Dei, nec non instituta antiqua sanctorum Patrum.

55. Scilicet vt dispositionis vocem cum iure communi combinemus, ordinationis verbum cum sacris Concilijs Ecclesiæ Dei coniungamus, denique determinationis vocabulum cum institutis antiquis sanctorum Patrum consociabimus.

56. Itaque dispositio iuris communis dicitur per oppositionem noui iuris, priuatæ legis, quæ summi Pontifices, vel potius Aulæ Romanæ Curiales, suis propriis commodis & quæstibus nimium studentes induxerunt, vt fuere reseruationes Apostolicæ, gratiæ expectatiuæ, mandata de prouidendo ad vacatura Beneficia, nouæ & hactenus inusitatæ Cancellariæ Romanæ regulæ, & alia similia.

57. Sed enim illorum omnium obseruationi Gallicana Ecclesia sese submittere recusauit; antiquiori libertati & iuris communis dispositioni, nouis hisce iuribus aduersæ firmius inhærens, ad cuius iuris conseruationem hæc Pragmatica Sanctio promulgata est, vt & Caroli VII. Pragmatica, vt supra ostendimus in explicatione tituli huius nostræ Pragmaticæ.

58. Ius nempe commune dicitur potissimum quod continetur in decreto Gratiani, reiectis etiam quæ puriori grano, & semini superseminata sunt: vnde quidquid in libris iuris continetur præter decretum, citatur per verbum extra, quasi extra corpus iuris, etiam de-

Innocent. III. in cap. Pastoralis. de fide instrument.

cretales Epistolæ, quæ, vt innuit ipse Innocentius III. in cap. Pastoralis. de fide instrum. *Non sunt admittendæ, nec secundum illas iudicandum, si iuri communi dissonæ inueniantur.*

Gloss. Pragm. Sanct. tit. de elect. c. licet. §. statuit. in verbo iuris communis.

59. Verùm enim & ipsi summi Pontifices in admittendis vel rejiciendis reseruationibus ea distinctione vsi sunt, inter eas quæ in corpore iuris clausæ erant, & illas quæ extra corpus iuris, & glossa Pragmat. Sanct. Caroli VII. tit. de elect. cap. licet. §. statuit. in verbo iuris communis. extrauagantes à iure communi excludit.

60. L. *Ordinationem sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei*, nulla est regendæ & reformandæ Ecclesiæ conuenientior ratio, quàm ordinatio sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei, quæ cùm reformandæ Ecclesiæ occasione plerumque congregata sint, non potuit sanctissimus Pragmaticæ conditor dispensationes Beneficiorum cautiùs submittere, quàm sacrorum Conciliorum ordinationi.

61. Et verò in eorum religiosa obseruatione potissima consistit iuris communis dispositio, cui semper se submissam professa est Ecclesia Gallicana, adeo vt cùm inualescentium vbique abusuum conturbatio Ecclesiam Dei vexaret, non habuit Ecclesia Galliana securiorem ad quem appelleret portum, quàm Conciliorum generalium conuocationem, vt discissis vbique rebus reparandis salutare remedium adhiberetur.

62. M. *Et determinationem institutorum antiquorum sanctorum Patrum*: Et hæc est pars iuris communis, & libertatum Ecclesiæ Gallicanæ, quæ in his tribus potissimum consistunt, irrefragabili scilicet obseruatione iuris communis, siue dispositione & ordinatione sacrorum Conciliorum Ecclesiæ Dei, & determinatione institutorum antiquorum sanctorum Patrum.

63. Instituta autem antiqua sanctorum Patrum sunt sententiæ & dogmata veterum Ecclesiæ Doctorum, nec non summorum Pontificum, quæ ad regendos & reformandos orbis Christiani mores, & disciplinam Eccle-

sticam

ſiaſticam, tum ſæcularem, tum regularem firmandam edita ſunt, & quæ compilationi & collectioni ſacrorum Canonum & decretorum Gratiani conſignata ſunt.

64. Verùm & illud intelligendum reiectis, vt antea monuimus, his quæ Gratianus, Triboniani more, & ex ſe, & propria meditatione, vt ius nouum veteri accommodaret, vel potius ius vetus in nouum transformaret, interpolauit, quod plerumque ſubnotauit Aduocatus Pariſienſis, atque etiam Romani emendatores, licet ſuppreſſo nomine authoris, vt emendationis gloriam præriperent.

Notæ Aduocati Pariſienſis commixtæ cũ emendationibus Romanorum.

65. Nec inficior cum Helia Archiepiſcopo Turonenſi & Cardinale, in tractatu defenſorij concordatorum contra Pragmaticam Gallorum. Vbi explicare conatur hunc noſtræ Pragmaticæ Sanctionis S. Ludouici articulum, & ſuæ menti aptare, ſummos Pontifices ſanctorum Patrum ordini connumerandos, & eorum decreta, quæ in Gratiani collectione relata ſunt, obſeruanda eſſe, vt & decretales Epiſtolas.

Tract. Heliæ Turonenſis defenſorij Concordat. contra Pragmat. Gallorum.

66. Sed ea demum ſeruanda ſunt, quæ iuris communis diſpoſitioni non diſcrepant, aut aduerſantur, vt decidit Innocentius III. in capit. Paſtoralis. de fide inſtrum. quæ inſtituta antiqua regendæ Eccleſiæ vtilia continent, non quæ nouas & quæſtuarias regulas, liberum Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpenſandorum modum & rationem turbantes inducunt.

Innocent. III. in cap. Paſtoralis. de fide inſtrum.

67. Nec enim diuidendus ſacræ Sanctionis articulus, vt æqualis authoritas omnibus ſummorum Pontificum decretis inferatur, de inſtitutis antiquis ſanctorum Patrum loquitur Sanctiſſimus Pragmaticæ conditor, nec verò de recentioribus inſtitutis, vel decretis, quæ ſola Curialium ambitio inuexerat.

68. N. *Fieri volumus & ordinamus*, ſola voluntas Principis, maximè in ijs quæ ſunt iuris communis diſpoſitiua, pro lege habetur; §. ſed quod Principi. inſtitut. de iure natur. gent. & ciuili. In his enim quæ iuris communis diſpoſitioni congruunt, vt eſt ordinatio ſacræ

§. Sed quod Principi. inſtit. de iure natur. gent. & ciuili.

X

Cap. Pastoralis. de fide instrument.

Sanctionis Pragmaticæ nostræ, non tam videtur iuris noui constitutio, quàm veteris declaratio, vt habetur, in. d. cap. Pastoralis. de fide instrum.

69. Nec tamen Sanctissimus Pragmaticæ nostræ conditor in sola voluntate, seu declaratione iuris communis in Regno Gallicano seruandi permansit, sed & voluntatem suam Regia authoritate firmauit, declarationi voluntatis addens ordinationem Regiam, ne quid roboris deesse videretur.

ARTICVLVS QVINTVS.

Item exactiones, [a] & onera grauissima pecuniarum, [b] per Curiam Romanam, [c] Ecclesiæ Regni nostri imposita, [d] quibus Regnum nostrum miserabiliter depauperatum extitit, [e] siue etiam imponendas, vel imponenda [f] leuari, aut colligi nullatenus volumus, [g] nisi duntaxat pro rationabili; [h] pia, [i] & vrgentissima causa, [k] vel ineuitabili necessitate, [l] ac de spontaneo & expresso consensu nostro, [m] & ipsius Ecclesiæ Regni nostri. [n]

SVMMARIVM.

1. *Hic articulus est pars prioris constitutionis Regiæ anni 1228.*
2. *Hic articulus maiori fide inscriptus ab Helia Turonensi Archiepiscopo in suo libello defensorij Concordatorum, quàm à compilatoribus Bibliothecæ SS. Patrum.*
3. *Quid importet hic verbum* exactiones.
4. *Ordo & series tranctandæ materiæ præmittitur.*
5. *Quid exactionis nomine veniat.*

6. *Vnde plures exactionis species petantur.*
7. *Variæ exactionum species ad sex articulos reducuntur.*
8. *Quid communia, & minuta seruitia.*
9. *Authoritas Ioannis Andreæ in id relata, vt antiqua origo communium & minutorum seruitiorum fingatur.*
10. *Improbatio eorumdem elicitur ex eadem authoritate.*
11. *Ivonis Carnotensis Episcopi antiquius testimonium de Minutis seruitiis.*
12. *Communia & minuta seruitia quamuis obsoleta expenduntur.*
13. *Quid commune seruitium exponitur.*
14. *Quid Minuta seruitia pariter explicatur.*
15. *Quænam taxatio Communium, & minutorum seruitiorum.*
16. *Communia & Minuta seruitia temporibus sancti Regis incognita.*
17. *Ea præstatio olim momentanea, & certis tantum de causis indicta.*
18. *Quid Annata dimidia, & eius origo.*
19. *Malè confunditur cum Communibus & Minutis seruitijs in dissertat. de Concord. Sacerdot. & Imperij.*
20. *Gregorij XII. reductio taxationis Beneficiorum.*
21. *Communium & minutorum seruitiorum, simul & Annatarum indictio damnata in Concilio Basileensi.*
22. *Compositio Annatarum, & Seruitiorum inducta Bononiensibus Concordatis.*
23. *Quid perceptio spoliorum defunctorum.*
24. *Decretum Caroli VI. de condemnatione perceptionis spoliorum.*
25. *Quid vacantiarum perceptio inquiritur.*
26. *Damnata vacantiarum & arreragiorum perceptio.*
27. *Quid Decimarum perceptio.*
28. *Non admissa nisi de consensu Regis, & Ecclesiæ Gallicanæ.*
29. *Quid incompatibilium & Commendarum ratione præstandæ indictiones.*
30. *Quid significent verba* & onera grauissima pecuniarum.

31. *Omnes exactiones pecuniarum Canonicæ disciplinæ aduersantur.*

32. *Quid verba* per Curiam Romanam imposita.

33. *SS. PP. Ecclesiarum quarumlibet parentes fouendis potius student, quàm opprimendis.*

34. *Quid importent verba* Regni nostri Ecclesiæ.

35. *Gallicanum Regnum multis & opulentis Ecclesiis decoratum.*

36. *Non fuit Regnum, quod generosiùs seruitutis iugum excusserit.*

37. *Quid inferant verba* quibus Regnum nostrum miserabiliter depauperatum extitit.

38. *Temporibus Caroli VI. inhibitæ exactiones pecuniarum quælibet.*

39. *Quæ motiuæ fuerint rationes Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. in proœmio.*

40. *Repetuntur & hæ rationes ex eodem proœmio Pragmaticæ.*

41. *Quis fuerit cantor Parisiensis in remonstrantijs Pragmaticæ, de quo glossa Pragmaticæ.*

42. *Probatur fuisse alterum ex demandatis Curiæ Parisiensis Senatoribus ad exhibendum Ludouico XI. remonstrantias Curiæ in defensionem Pragmaticæ.*

43. *Expostulationis Senatus Parisiensis Ludouico XI. habitæ art. 18. exponitur.*

44. *Emendatur ibidem gloss. Pragm. Sanct. in Proœmio §. cæterum. in verbo asportantur.*

45. *Aulæ vel Cameræ Apostolicæ sordes ex Theodorico* A Niem. *Pontificio scriba de schismate.*

46. *Item inquiruntur ex celebri Doctore Theologo Claudio Espensæo.*

47. *Quid significent verba* siue etiam imponendas, vel imponenda.

48. *Sapientissimus Legislator non tantum præsentibus, sed & futuris rebus prouidere studet.*

49. *Rationes præcipuæ condemnandarum exactionum Apostolicarum.*

50. *Dispositio iuris communis vbique, & quolibet tempore seruari debet.*

51. *Quid prænotent verba* leuari aut colligi nullatenus volumus.

52. *Probatur illa verba includere decretum irritans ex leg. non dubium. cod. de legibus.*

53. *Contra Heliam Turonensem in libello defensorij Concordat. contra Pragm. Gall. Sanct.*

54. *Refertur Textus Heliæ Turonensis Archiepiscopi repetentis verba Pragmaticæ sancti Ludouici.*

55. *Exponitur vis & authoritas verbi* nullatenus.

56. *Regiæ Sanctioni non defuit decretum irritans.*

57. *Sola inhibitio in his quæ sunt iuris communis dispositiua, habet vim decreti irritantis.*

58. *Vsus Ecclesiæ Gallicanæ in coërcendis collectoribus & subcollectoribus exactionum.*

59. *In id decreta Regnum nostrorum collectores coercentia.*

60. *Quid significet verbum* leuari *adiunctum verbo* colligi.

61. *Quid prænotent verba* nisi duntaxat pro rationabili causa.

62. *Illatio caritatiui subsidij, & subuentionum, non solet esse perpetua.*

63. *Exempla indictionis caritatiui subsidij proferuntur.*

64. *Explicatur instrumentum centesimæ à sancto Rege Ludouico Vrbano S. P. illatæ.*

65. *Exponitur altera subsidij indictio à Carolo VII. Eugenio IV. S. P. facta.*

66. *Refertur & aliud exemplum subsidij ab eodem Rege Calixto III. illati, & exponitur.*

67. *Caritatiuum subsidium non nisi ex rationabili causa præstandum.*

68. *Explicatur primùm rationabilem debere esse causam.*

69. *Non tantum rationabilis debet esse causa, sed & manifesta.*

70. *Causa non præsumitur rationabilis, sed probanda.*

71. *Quid significet verbum huius articuli* Pia.
72. *Vt Reges Christianissimi pietatis ratione, pecuniarium & personale auxilium præstiterint.*
73. *Quid prænotent verba* vrgentissima causa.
74. *Quid ferant verba* vel ineuitabili necessitate.
75. *Quid verba* & de spontaneo & expresso consensu nostro.
76. *In id refertur authoritas Ioannis Galli.*
77. *Nec etiam Ecclesiæ imponenda subsidia nisi de consensu Regis.*
78. *In id exemplum inhibitionis collectionis à Gregorio IX. impositæ.*
79. *Quid significent verba* & ipsius Ecclesiæ Regni nostri.
80. *Subuentiones præstitæ non sunt nisi caritatiuæ.*
81. *Et ex eo pendent à consensu Ecclesiæ.*
82. *Vbi tamen consensit Ecclesia, fiunt necessariæ exactionis.*
83. *In id plura exempla referuntur.*

1. HIc articulus est pars antiquioris constitutionis ejusdem sancti Ludouici, in principio Regni sui promulgatæ anno 1228. Regnantis 2. & refertur in veteri stilo Parlamenti part. 3. tit. 36. de Talliis exact. & excubiis. Hunc autem antiquioris constitutionis articulum sanctissimus Rex in suam Pragmaticam Sanctionem inscribere voluit, vt major authoritas adderetur.

Stil. Parlam. part. 3. tit. 36. de Talliis exact. & excubiis.

2 Verùm vt suprà obseruauimus ex Ioanne Tillio in collectione rerum ad libertates Ecclesiæ Gallicanæ pertinentium. Pseudo-Christani compilatores Bibliothecæ SS. Patrum, imò potiùs Regiarum constitutionum temeratores, hunc quintum Pragmaticæ Sanctionis articulum resecarunt, quem tamen Helias Turonensis Archiepiscopus & Cardinalis majori fide & religione vsus, integram suo libello defensorij concordat. contra Pragmat. Gall. inscripsit, sibique hujus articuli objectionem

Tillius in collect. rerum ad libert. Eccles. Gallic. pertinent.

Helias Archiepiscop. Turon. in defensor. concordat. contra Pragm. Gall.

fecit, quam tamen nec fœliciùs diluit.

3. A. *Item exactiones.* In hoc articulo ſanctiſſimus Pragmaticæ conditor improbat omnes exactiones, & onera pecuniarum, per Curiam Romanam Eccleſiæ Gallicanæ impoſita, vel imponenda, cum hac tamen exceptione, ſiue reſeruatione impertiendæ facultatis leuandi vel colligendi ſubuentiones Eccleſiæ Romanæ, & Sedi Apoſtolicæ inferendas, de rationabili, piâ, & vrgentiſſimâ causâ, de conſenſu Regis, & Eccleſiæ Gallicanæ.

4. Et quamuis generaliter loquatur ſanctiſſimus Rex, de exactionibus, & oneribus impoſitis, vel imponendis, tamen generalis illa oratio ad ſpecies exactionum ſancti Regis temporibus inualeſcentium eſt reducenda, & ad eas etiam quæ poſteà inualuerunt, ſingulas ſuis temporibus reddendo.

5. Eſt enim exactionis nomen, ſicut & oneris generale, quod collectionem extraordinariam, & nullo legitimo titulo ſuffultam denotat, vnde acerbiſſima quandoque dicitur.

Vetus Curiæ Arreſtum de exact. pecun. temporibus Caroli VI. de die 11. Septēb. 1406.

6. Sunt autem plures exactionum ſpecies, ſiue temporibus ſancti Ludouici, ſiue poſterioribus inductæ, quæ ſeriatim referuntur in veteri Senatuſconſulto de die 11. Septembris. 1406. temporibus Caroli VI. relato ab ipſo Aduocato Pariſienſi, & edicto Henrici II. contra paruas datas ſubnexo, vtroque ejuſdem commentariis illuſtrato, & diffuſiùs adhuc referuntur in collectione libertatum Eccleſiæ Gallicanæ Petri Pithæi articulo 14.

Aduoc. Pariſ. in comment. ad illud Senatuſconſult. Comment. libert. Eccleſ. Gallic. Petri Pithæi. art. 14.

7. Verùm & illæ ad ſex articulos reduci poſſunt, vt habetur in veteri Senatuſconſulto; Primus & Secundus ſunt Communia & Minuta ſeruitia; Tertius eſt media pars fructuum primi anni Beneficiorum, quæ Annata appellatur; Quartus ſunt ſpolia defunctorum; Quintus ſunt vacantiæ, ſiue fructus medio tempore percepti; Sextus ſunt decimæ, ſiue ſubuentiones illatæ, quibus & collector libertatum Eccleſiæ Gallicanæ adjungit ju-

1. 2. 3. 4. 5. 6.

ra propter incompatibilitates Beneficiorum, commendas, & procurationes collecta.

Prima & secunda exactionis species.

8. Primus igitur & secundus articulus onerum & exactionum, quæ communi nomine Seruitiorum coniungit Communia & Minuta, continet ea quæ summo Pontifici, Cardinalibus, & Curiæ Romanæ Officiariis præstanda habentur, quæ antiquiora dicunt esse Aulæ Romanæ exactionum fautores, & inter alios Ferdinandus Cordubensis in tractatu de annatis. Thomas Campegius in tract. de annatarum institutione & defens. & Antonius Massa Gallesius in sermone de annatis. ad Carolum Cardinalem Borrom. nullâ tamen certâ origine affixâ.

Ferdinand. Cordubensis in tractatu de Annat. Thomas Campeg. de Annat. instit. & defens. Ant. Massa Gallesius in serm. de Annatis. ad Carol. Borrom. Cardin.

9. Sed enim vt eam antiquam fingant, referunt testimonium & authoritatem Ioannis Andreæ in cap. inter cætera. de offic. ordinarij. quo nihil adduci possit potentius argumentum, ad reprobandam Communium & Minutorum seruitiorum exactionem, tanquam à domestico & familiari nec suspecto teste prodeuntem.

Ioan. Andreas in cap. inter cætera. de offic. ordin.

10. Lubet igitur attexere hîc Ioannis Andreæ authoritatem, *pluries*, inquit, *clamaui*, *in tantum quòd de hoc fuit sermo in Concilio Viennensi*, *quod optarent*, *quòd Curia reciperet vigesimam redituum Clericorum totius orbis*, *ad sustentationem Papæ & Cardinalium*, *& nihil exigi vel recipi posset pro seruitiis Prælatorum quos promouet*, *exceptis taxatis salariis laborantium*, *puta scriptorum*, *& similium*, *& tunc prouideret Legatis & Nunciis quos mittit de prædicta quotà*, *& abstineret ab exactione fructuum primi anni*, *& exactionibus decimarum*, *& similibus*, *quæ modò pullulant*; *sed deliberauerunt Patres in Concilio non facere*, *& fortè benè*; *quod tanta viget insatiabilis cupiditas*, *quòd si hoc faceret*, *& illud*, *& illa perciperet*.

Ioan. Andreas ibidem.

11. Verùm etiam vt antiquiorem fingerent saltem Minutorum seruitiorum præstationem, addere debuissent quod refertur ab Iuone Episcopo Carnotensi in epistola 133. Albanensium Episcopo sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legato inscripta de vsu & consuetudine Romanæ

Iuo Carnot. epist. 133.

ne Romanæ Ecclesiæ, vt similem consuetudinem in Ecclesia Carnotensi inualescentem defenderet; *si qua autem adhuc sunt quæ pro consuetudine antiquà publicè exigant Decanus, & Cantor & alij Ministri, ab his qui Canonici fiunt me contradicente, & persequente, Romanæ Ecclesiæ cònsuetudine se defendunt, in qua dicunt Cubicularios, & Ministros sacri Palatij multa exigere à consecratis Episcopis, vel Abbatibus, quæ oblationis vel benedictionis nomine palliantur, cùm nec calamus nec charta ibi gratis, vt aiunt, habeatur.*

12. Sed quamquam improbata sint Communia vel Minuta seruitia, ne quid tamen antiquitatis ignoretur, vt sæpiùs monet Imperator Iustinianus, placet hîc exponere quænam essent seruitia vel Communia, vel Minuta.

13. Sunt autem portio fructuum à promouendo Prælato inferenda, in commodum & vtilitatem ipsius Papæ, & Cardinalium, necnon Officiariorum Curiæ Romanæ, vt prior & major pars diuidatur inter summum Pontificem & Cardinales, & ex eo appellatur Commune seruitium, quòd inter eos commune sit.

14. Minuta autem seruitia dicuntur, quòd minoribus Curiæ Romanæ inseruientibus Officiariis impendantur, inter eos diuidenda, quam vt augerent ex libito, solebant nouos Officiarios creare, & in veterum numerum adscribere, de quo plures habitæ conquestiones, vt de Lauretanis Equitibus, & aliis.

15. Sed & ejus portionis quæ pro Communibus, aut Minutis seruitiis præstari solebat, taxatio fieri consueuerat secundùm antiquam taxationem quæ à Ioanne XXII. summo Pontifice per Commissarios ab eo demandatos habita fuerat.

16. Et hæc tamen taxatio temporibus sancti Ludouici nondum innotuerat, cùm Ioannes XXII. longo post decessum sancti Regis interuallo Catholicam Ecclesiam rexerit.

17. Nec verò illud etiam constat vtrum ea Commu-

nium vel Minutorum seruitiorum præstatio, sancti Regis temporibus innotuisset, quam plerique Ioanni XXII. tribuunt; saltem illius ordinariam illationem, cùm anteà fixa, nec determinata esset, sed certis tantùm de causis, & Ecclesiæ necessitatibus ingruentibus subleuandis indiceretur.

Tertia exactionis species.

18. Tertia exactionis species fuit Annata Bonifaciana, sic dicta, quòd Bonifacium IX. S. P. primum authorem habuerit, & fuit medietas fructuum primi anni, secundùm taxationem Ioannis XXII. à nouis Prælatis præstanda, quæ & temporibus sanctissimi Pragmaticæ nostræ conditoris nondum inualuerat, imò longo post ejus decessum interuallo innotescere cœpit.

Dissert. de Concord. Sacerdot. & Imper. lib. 6. cap. 11. art. 3.

19. Et sic minùs aptè confundit illustrissimus Archiepiscopus Parisiensis Petrus de Marca in dissert de Concord. Sacerdot. & Imperij. lib. 6. cap. 11. Annatas, cum Communibus aut Minutis seruitiis: cùm alioquin omninò distinctæ sint exactiones, vt Annatarum originem, quæ ipsi tantùm Bonifacio IX. adscribi debet, antiquiorem Ioanne XXII. fingat, in art. 1. ejusdem capitis, cùm aliunde constet solam Communium & Minutorum seruitiorum exactionem antiquiorem esse ipso Ioanne XXII. vel saltem ab eo in ordinariam exactionem secundùm ejusdem taxationem transcriptam fuisse.

20. Sed & de hujus nouo & insolito inuecto vsu cum pluriès apud summum Pontificem Gregorium XII. Bonifacij IX. successorem conquestum fuisset, ab Ecclesiæ Gallicanæ Prælatis, vt querelæ quodammodo satisfieret, ne quidem Annatæ Bonifacianæ in dictionem reuocauit, sed nouam taxationem redituum Beneficiorum Galliæ curauit induci, ex qua dimidia Annatæ solueretur, & ex eo tempore regionum aliæ reductæ appellatæ sunt, aliæ non reductæ.

Concil Basileens. sess. 21. Tit. de Annat. in Pragm. Caroli VII.

21. Sed tandem Communium & Minutorum seruitiorum, vt & Annatarum indictio damnata fuit in Concilio Basileensi sess. 21. decreto salutari, quod & in Pragmaticam Sanctionem Caroli VII. transcriptum

eſt, & receptum in titulo de Annatis, cùm ante diſſolutionem Concilij habitum fuiſſet illud decretum.

22. At verò cùm Bononienſi conuentione inter Franciſcum I. & Leonem X. habitâ, quam Concordata dicimus, jus Pragmaticæ Sanctionis inductum fuiſſet, & quodammodo deſuetudine inumbratum, Annatarum, ſiue Communium & Minutorum ſeruitiorum indictio in nouam compoſitionem transformata eſt, quæ hodie apud nos ſeruatur, de qua in tit. de Annatis.

Concord. Bonon. in tit. de Annatis.

23. Quarta ſpecies exactionis & oneris fuit in collectione ſpoliorum defunctorum Regni Gallicani Beneficiariorum, quas Romani Pontifices per collectores & ſubcollectores immiſſos, & collectioni deputatos percipiebant.

Quarta ſpecies exactionis.

24. Verùm & de his collectoribus & ſubcollectoribus frequentes habitæ in hoc Regno coram Rege Carolo VI. expoſtulationes, id effecerunt, vt litteris patentibus hujus exactionis inhibitoriis à Senatu Pariſienſi probatis decreto de die 15. Maij 1408. ſalutare remedium illatum ſit, quod & hodie ſeruatur.

Curiæ Pariſienſis decretum de die 15. Maij anni 1408.

25. Quinta ſpecies exactionis fuit vacantiarum perceptio, quæ erat fructuum medij temporis à vacatione Beneficij, ad noui poſſeſſoris ſubrogationem recollectio, de quâ in gloſſa Clement. vnicæ. §. per præmiſſa. in verbo reuocari. de ſuppl. neglig. Præl.

Quinta ſpecies exactionis.

Gloſſ. Clemēt. vnicæ. §. per præmiſſa. in verbo reuocari. de ſuppl. neglig. Prælat.

26. Sed & hæc noua & inſolita exactio hodie non admittitur, vt nec arreragiorum perceptio, vel fructuum, ſubſtractæ obedientiæ, vel ſuſpenſionis tempore perceptorum, intempeſtiua & extraordinem tentata repetitio.

27. Sexta fuit Decimarum & aliarum quarumlibet ſubuentionum, quæ ſummis Pontificibus certis de cauſis inferebantur, collectio, de quibus, & earum collectoribus mentio fit in Clement. 2. de decimis. decimarum Eccleſiaſticarum, ad illas ſubuentiones factâ extenſione, ſub eadem rubrica.

Sexta exactionis ſpecies.

Clement. 2. de decimis.

28. Sed & illarum quidem perceptio admittitur de

consensu Regis, & Ecclesiæ Gallicanæ, cujus celebre habemus exemplum, nempe centesimæ Vrbano IV. in Regno Gallicano in subsidium Terræ Sanctæ indictæ à sancto Rege & Pragmaticæ nostræ conditore, vt habetur in notis Claudij Meinardi ad Ionuillæi historiam pag. 287.

Claud. Meinard. in notis ad vitam S. Regis Ionuillæinam. pag. 287.

29. Sed & his adjungenda ex collectione libertatum Ecclesiæ Gallicanæ Petri Pithæi art. 14. quæ summi Pontifices propter dispensationes Beneficiorum incompatibilium, item ratione Commendarum percipiebant: vt & procurationes, ratione visitationis à delegatis summi Pontificis habendæ, quæ omnia jura antiquata sunt & reprobata per conuentionem Bononiensem.

Libert. Ecclesf. Gallic. Petri Pithæi art. 14.

30. B. *Et onera grauissima pecuniarum.* Et ea omnia de quibus suprà actum est, sunt onera Ecclesiæ imposita, eaque grauissima, quia Beneficiis intitulatos nimiùm grauant, & hospitalitatem in pauperes exercendam prępediunt.

31. Sed & illud adde, quòd oneris grauitatem & insolentiam arguat, quod eorum exactio canonicæ disciplinæ aduersetur, quæ beneficia Ecclesiastica absque vlla diminutione conferenda injungit in rubrica decretalium, vt Ecclesiastica Beneficia sine diminut. conferantur.

Rubr. vt Ecclesiastica Beneficia sine diminutione cõferantur.

32. C. *Per Curiam Romanam imposita.* Maluit dicere pius & sanctissimus Rex per Curiam Romanam imposita, quàm per Romanos Pontifices, quia illæ nouæ & insolitæ exactiones sunt potiùs Curiæ Romanæ partus, hoc est Curialium & Officiariorum Aulæ Romanæ, qui suis commodis inhiant & compendiis, quàm Romanorum Pontificum.

33. Verùm enim & cùm singularum Christiani orbis Ecclesiarum Parentes sint, fouendis & custodiendis potiùs studerent, quàm opprimendis, & onerum insolitorum mole grauandis, nisi Curialium famelicorum ambitio sanctissimorum Patrum studia in nouas exactiones inducendas, vnde ambitioni suæ satisfaciant, auocaret.

34. D. *Ecclesiæ Regni nostri.* Non fuit Ecclesia, cui Aulæ Romanæ Sequaces & Officiarij magis studuerint, suarum exactionum jugum imponere, quàm Gallicanæ, tùm quòd pinguioribus & abundantioribus Beneficiis ditatam cernerent.

35. Nec enim in Christiano orbe Regnum fuerit quod tot Archiepiscopatus, Episcopatus, & Abbatias dinumerare possit, tot Religiosarum familiarum capita, & origines ipsi Regno insidentes, & ex eo in vniuersum orbem latè diffusas recolere possit.

36. Nec tamen aliud Regnum fuit, quod generosiùs seruitutis jugum excusserit, & pristinæ libertati seruandæ institerit ardentiùs, adjuuantibus etiamnùm, & subuenientibus Regibus Christianissimis, ipsius Ecclesiæ Gallicanæ Patronis, & vigilantissimis Custodibus, qui etiam, quò majorem Sedi Apostolicæ deuotionem exhibuerunt, eò ardentius studium adhibuerunt, vt nouis & insolitis Aulæ Romanæ Curialium inuectis vsibus obsisterent.

37. E. *Quibus Regnum nostrum miserabiliter depauperatum extitit.* Vetus querela tùm Regum nostrorum, tùm Ecclesiæ Gallicanæ, propter nouas & insolitas exactiones Curiæ Romanæ, & onera Ecclesiæ Gallicanæ imposita, de Regni Gallicani depauperatione, propter transuectas, exactionum exsoluendarum causâ, pecunias è Regno in Curiam Romanam.

38. Sed & ea de causa regnante Carolo VI. vt Academiæ Parisiensis conquestionibus ea de re habitis satisfieret, plures ad Senatum Parisiensem transmissæ litteræ Regiæ, quibus earum exactionum inhibetur præstatio & pecuniarum transuectio, & Curiæ Parisiensis scriniis demandatæ, anno 1385. 1406. 1408. quæ referuntur in 2. volumine probat. Eccles. Gallican. libert. cap. 22. art. 8. 9. 10. & 11.

Edicta Caroli VI. de non transuehendis pecuniis Annatarum exsoluendarum occasione ann. 1385. 1406. 1408.

2. Vol. prob. Eccles. Gallic. libert. cap. 22. art. 8. 9. 10. & 11.

39. Sed & in procemio Pragmaticæ Sanctionis Caroli VII. §. proh dolor. eædem querelæ repetitæ sunt, & motiuarum rationum ipsius sacræ Sanctionis locum subierunt, vbi & ex his insolitis & nouis vsibus, Eccle-

Procem. Pragmat. §. proh dolor.

siæ Gallicanæ ferè postremam exinanitionem ortam dicit, & glossa ad illud verbum exinanitionem. interpretatur euacuationem, diminutionem, & destructionem.

Gloss. ibidem. ad verbum exinanitionem.

40. Et in eodem procemio. §. cæterum. dicitur Regni thesauros in extraneas regiones asportari, vbi glossa in verbo asportantur. ait *id fieri tùm per gratias expectatiuas, tùm per euocationes causarum ad Romanam Curiam, pro quo vide*, inquit, *Cantorem Parisiensem in remonstrantiis Pragmaticæ.*

Gloss. in procemio. §. cæterum. in verbo asportantur.

41. Is autem fuit D. Ioannes *Henry* Senator Parisiensis & Cameræ Inquisitionum Parlamenti Præses, necnon Cantor & Canonicus Ecclesiæ Parisiensis, vt resciui ab erudito Doctore Theologo Parisiensi Stephano *Barré*, illustrissimorum D D. Petri & Guilelmi *Ruellé* Senatorum Parisiensium, necnon Cantorum & Canonicorum Ecclesiæ Parisiensis nepotis, qui mihi illustrium Ecclesiæ Parisiensis Cantorum subministrauit catalogum, & originales litteras regentiæ minorum scholarum ab eis concessarum, inter quas D. Ioannis *Henry* Senatoris Parisiensis & Camerę Inquestarum Pręsidis Cantoris Ecclesię Parisiensis habentur litterę de die 13. Maij 1483. licentię scholas minores regendi, Iuliano *Guillęmin* authoritate Cantoria concessę.

Litteræ regentiæ minorum scholarum de die 13. Maij anni 1483.

42 Namque patet ex scriniis Curiæ Parisiensis, D. Ioannem *Loiselier*, & D. Ioannem *Henry* Senatores Parisienses & Cameræ Inquisitionum Præsides, à Curia demandatos annò 1461. vt remonstrantias de quibus hîc agitur, siue expostulationes habitas tempore Ludouici XI. pro defensione Pragmaticæ Sanctionis à Senatu Parisiensi, ipsimet Regi ex scriptis exhiberent, quæ extant in altero volumine probat. ad libert. Ecclesiæ Gallicanæ cap. 22. articul. 21. & ad calcem tractatus Francisci Duareni de sacris Eccles. ministeriis. vbi & ab eodem authore latino sermone donatæ sunt, & articulis distinctæ.

Remonstrant. Curiæ Paris. Ludou XI. exhibitæ pro defensione Pragmaticæ anno 1461.

Vol 2. probat. libert. Eccles. Gallic. cap. 22. art. 21.

Duaren. in expostulatione Curiæ.

43. Verùm enim & in hoc articulo 18. earumdem ex-

postulationum, habentur quatuor incommoda, ex nouis hisce Curiæ Romanæ inuectis vsibus prodeuntia: *Primum est totius ordinis Ecclesiastici confusio: Secundum subditorum Regni depopulatio: Tertium pecuniarum Regni euacuatio; Quartum est Ecclesiarum Regni ruina, & totalis desolatio.*

Remonstrant. Curiæ art. 18.

1. 2. 3. 4.

44. Et sic credo corrigendam & emendandam lectionem glossæ Pragmaticæ Sanctionis in Procem. §. cæterum. in verbo asportantur. ibi *vide cantorem Parisiensem in remonstrantiis Pragmaticæ, & est 24. inconueniens*, & legendum, *& est vnum ex quatuor inconuenientibus*: nec enim in prædictis remonstrantiis vltra prædicta quatuor numerantur, quæ omnia potius Curiæ Romanæ, vt supra diximus, vel Cameræ Apostolicæ adscribi debent, quàm summis Pontificibus.

Gloss. Pramg. in Procem. §. cæterum. in verbo asportantur.

45. Huius enim Cameræ, vel Aulæ Officiariorum sordes & auaritiam colligere licet ex iis quæ subministrantur à teste oculato, familiari, & domestico, nec suspecto Thodorico *A Niem* quondam Pontificio scriba & Amanuensi, tandem Episcopo Verdensi in Historia schismat. & nemore vnionis. cap. 37. vbi plura de Camera Apostolica, & conditionibus Gentium eiusdem.

Theodor. A Niem in Histor. schismat. & nemore vnionis c. 37.

46. Item à celebri illo Doctore Theologo Parisiensi Claudio Espensæo in commentarijs in epistolam Diui Pauli ad Titum. cap. 1. digress. 2. vbi ex Anonimo Regularum Cancellariæ commentatore, *Curiam Romanam siue Cameram Apostolicam matrem pecuniarum appellat.*

Claud. Espensæus in comment. addit. Paul. epistol. ad Titum. cap. 1. digress. 2.

47. F. *Siue etiam imponendas, vel imponenda*, de exactionibus & oneribus intelligit, de quibus in principio articuli, non tantum de his quæ tempore S. Ludouici inualuerant, sed etiam de his quas sanctissimus Rex præuidebat imponendas, quæ etiam longè grauiores fuerunt, & quas in principio expositionis hujus articuli seriatim explicauimus, ac eorum ortum & progressum quamuis latentem & incertum.

48. Sed enim illud fuit sapientissimi & oculatissimi Legislatoris muneris & Officij, non tantum inuectos

temporibus suis malos vsus præscindere, sed & securi in radicem immissâ, impedire ne prouenientes infœlices surculi longius serperent.

Rub. vt Eccl. Benef sine diminut. conferant. Cap cum vos. de Offic. ordin. & ibi Aduocat. Paris. in not. ad textum. ibi reseruare. Can. hæc huius placiti. Can. non liceat. 12. quæst. 2.

49 Verùm enim illud eò decentius fuit, quod exactiones illæ dispositioni iuris Communis maxime obsint, cùm Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferri voluerit, atque etiam fructus medij temporis, siue vacantiarum futuris successoribus reseruari; in rubricis vt Eccles. Benef. sine diminut. confer. cap. cum vos de Offic. ordin. cum nota Aduocati Parisiensis in textu. ibi reseruare. Can. hæc hujus placiti. Can. non liceat. 12. quæst. 2.

§. Sed naturalia. instit. de iure nat. gent. & ciuili. §. vlt. de legit. agnat. tutel. gloss. in cap. finali. in verb. naturali iuri. de consuetud.

50. Sed enim dispositio iuris communis vbique, & quolibet tempore seruari debet, naturali enim & primæuo iuri congruit, quæ diuinâ quâdam prouidentiâ constitutâ, firma semper & immutabilia permanere debent; vt dicitur in §. sed naturalia. instit. de iure natur. gent. & ciuili. cùm ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere possit, naturalia verò non vtique, §. vlt. instit. de legit. agnat. tutela. gloss. in cap. finali. in verb. naturali iuri. de consuetud. apud Gregor.

Prob. in addit. ad gloss Prag. tit. de elect. c. sicut. §. & vt omnia. in verb. nullatenus.

51. G. *Leuari aut colligi nullatenus volumus*, Idem est & ejusdem authoritatis, ac si dixisset leuari aut colligi prohibemus, vel etiamsi ad firmandam sacræ Sanctionis authoritatem, decretum, quod vocant irritans apposuisset, vt quodcumque in contemptum, vel præiudicum legis actum fuisset, nullum esset & irritum, quod fusius explicat Probus in addit. ad Pragm. tit. de elect. cap. sicut. §. & vt omnia. in verb. nullatenus. vbi refertur decretum Concilij Basileensis iisdem verbis conceptum, non prohibitoriis, sed enunciatiuis, *nullatenus recipere præsumat*.

Leg. non dubium. cod. de leg. Vlpian. lib. sing. reg. tit. de leg. & moribus.

52. Sed & illud idem probatur leg. non dubium. cod. de leg. nec enim imperfecta lex esse debet, vt faciendum vetet, factum verò non rescindat, vt alias habebatur apud Vlpian. lib. singul. reg. tit. de leg. & moribus. quod & explicat maximus & doctissimus Cujacius. lib. 19. obseruat.

19. obseruat. cap. 30. cui & congruit. cap. quæ contra. de reg. iur. in 6. Cujac. lib. 19. obseruat. c. 30. Cap. quæ contra. de reg. iur. in 6.

53. Nec enim verbum *volumus*, quo vsus est sanctissimus Legislator, adjuncto verbo *nullatenus*, est enunciatiuum solius voluntatis Regiæ, vt alludere videtur Helias Archiepiscopus Turonensis in tract. contra Pragm. Gallorum. ad ea verba Pragmaticæ S. Ludouici *nullatenus volumus* quæ opponit vocabulo *prohibemus*. Helias Turonensis in. libello defensorij Concord contra Prag Gall. ad. verb. Prag. S. Ludouici nullatenus volumus.

54. His nempe verbis præfatur, *Vnde valde notandum est, quod non dicit exactiones, & onera grauissima pecuniarum leuari aut colligi prohibemus, sed leuari aut colligi nullatenus volumus; quæ quidem verba solummodo sunt enunciatiua suæ voluntatis, nec per hoc habetur quod suam huiusmodi voluntatem fecerit pœnaliter, aut aliàs obseruari* hæc Helias.

55. Sed enim verbum *nullatenus*, vt supra ostendimus, habet vim decreti irritantis, licet sola voluntas Regia vim legis obtineat, in §. sed quod Principi. instit. de iure natur. gent. & ciuili. quod & ex integriori sacra Sanctione colligi possit. §. Sed quod Principi. inst. de iure natur. gent. & ciuili.

56. Nec etiam decreti irritantis vim & authoritatem Regiæ Sanctioni defuisse, imo nec non pœnæ vinculum in transgressores sancitum, quod & sanctissimus Pragmaticæ conditor suæ legis calci appositum, in inscriptione & mandato de exequendo, omnibus officiariis suis emisso, vt infra exponemus, præcedentes articulos complectitur.

57. Leuari igitur aut colligi vetuit, solam voluntatem declarando, quia in eo potissimùm iuris communis dispositio versabatur, quæ antiquioris iuris authoritate firmiori corroborata, nec etiam alterius decreti irritantis, vel pœnæ Sanctione indigebat.

58. Is namque vsus fuit nostræ Pragmaticæ Sanctionis, vt collectores & subcollectores onerum per Curiam Romanam impositorum, in Regnum immissi, grauioribus pœnis submissi fuerint, atque etiam aliquando strictiori custodiæ mancipati, vt collectas pecunias restituerent,

Decreta temporibus Caroli VI. & VII. de collectoribus coërcendis, in 2. vol. prob. lib. Eccl. Gall. cap. 22. ab art. 8. ad. 20.

59. Et de eo plura decreta habemus temporibus Caroli VI. & VII. promulgata, quæ extant in altero volumine prob. ad libert. Eccl. Gall. cap. 22 ab. art. 8. ad. 20.

60. Leuari autem verbum licet infrequentius, & minùs vsitatum, iunctum verbo *colligi* notam significationem habet, atque etiam menti sancti Legislatoris maxime conuenientem.

61. H. *Nisi duntaxat pro rationabili causa*, hîc piissimus & deuotissimus Princeps exceptionem addit, indicendorum quandoque subsidiorum caritatiuorum, & subuentionum Sedi Apostolicæ inferendarum.

62. Sed & illud fieri solet non perpetuæ illationis inducendæ, aut continuandæ collectionis gratia, sed quasi doni gratuiti ratione & titulo, quod cessantibus causis & inferendi occasionibus cessare debeat.

Indictio centesimæ à S. Ludouico Vrbano IV. anno 1263.

Obseru. Meinardi ad Hist. S. Ludouici Ionuillæanam. pag 287.

63. Sic piissimus iuxta & sanctissimus Pragmaticæ nostræ conditor Congregatis Parisiis Regni Prælatis anno 1263. centesimam redituum Ecclesiasticorum Vrbano IV. in subsidium terræ sanctæ, & sacro bello prosequendo insumendam decreuit, cuius indictionis decretum refertur à Claudio Meinardo in obseruationibus ad Historiam sancti Regis Ludouici IX. Ionuillæanam pag. 287.

64. Et ex eo patet, vt habet declarationis centesimæ ipsis Meinardi, obseruationibus inscriptæ instrumẽtum, *concessionem factam à Prælatis, & suis subditis, siue Diœcesanis clericis, & Beneficiariis, pro se, & sibi adhærentibus, ex ipsorum Prælatorum merâ gratiâ, non ex vi litteræ Apostolicæ super subuentione terræ sanctæ à Domino Papa impetratæ, non aliqua coactione, sed sponte, quod ipsi Prælati, & eorum subditi, & sibi adhærentes, ob salutem animarum suarum, propter necessitatem terræ sanctæ*, & alia quæ hîc plenius habentur, *intulerunt.*

Indictio 5. partis antiquioris taxationis à Carolo VII. Eugenio IV.

65. Sic Carolus VII. in Congregatione Bituricensi, Eugenio IV. summo Pontifici quintam partem antiquioris taxationis concessit, ipsius summi Pontificis commodis, nec non Cardinalium & officiariorum Curię

Romanæ insumendam, durante eius vita, in Pragm. Sanct. tit. de annat. §. noluit tamen. vbi decretum ipsius Congregationis Gallicanæ refertur, vt quodammodo deliberationi Patrum Concilij Basileensis in tit. de elect. cap. sicut. §. pro oneribus. intermissæ satisfieret in Gallia.

Pragm. Sanct. tit. de Annat. §. noluit tamen.

Decret. Con. Basileens. in tit. de elect. c. sicut. §. pro oneribus.

66. Sic & idem Carolus VII. cum anno 1457. ad instantiam Calixti III. summi Pontificis decimam ex reditibus Beneficiorum Regni Gallicani in necessitates terræ sanctæ insumendam colligi mandasset, ne huius indictionis extraordinarię exemplum in damnũ Ecclesię Gallicanæ cederet, litteris patentibus de die 3. Augusti 1457. Senatui Parisiensi inscriptis declarauit, *se illud quidem in fauorem summi Pontificis statuisse, verumtamen absque vllo libertatum Ecclesiæ Gallicanæ detrimento.*

Indictio decimæ à Carolo VII. Calixto III. anno 1457.

Litteræ patentes Caroli VII. de die 3. Augusti anni 1457.

67. Et ex eo est quod Gallici nostri Interpretes, & inter cæteros Remigius de Gonni Nauarræus in tract. de caritatiuo subsidio. illud non nisi ex causa rationabili præstandum asserat, in quæst. 5. eiusdem tractatus. innixus authoritati cap. conquerente. de offic. ordinarij. vbi habetur, *nihil exigendum præter moderatum auxilium, quod iuxta formam Lateranensis Concilij, si manifesta & rationabilis causa extiterit, cum caritate postulandum*, quod & comprobatur cap. cum Apostolus. de cens. apud Gregor.

Remig. de Gõni in tract. de caritatiuo subsidio. quæst. 5. Cap. conquerente. de off. ordinarij. Cap. cum Apostolus. de censib. apud Gregor.

68. In primis igitur rationabilis debet esse causa indictionis, quænam autem sit rationabilis causa, tractat Remigius de Gonni in dissertatione Canonica de caritatiuo subsidio. quæst. 5.

Idem Gonni de caritatiuo subsidio. quæst. 5.

69. Nec tantum debet esse rationabilis causa, id est ratione & æquitate subnixa, sed & manifesta, cuius ratio & æquitas prima fronte & occursu prodeat, in d. capit. cum Apostolus. §. prohibemus. de censibus.

D. cap. cum Apostolus. §. prohibemus de censib.

70. Et ex eo concludit idem Gonni in d. tractatu de caritatiuo subsidio. quæst. 8. causam non præsumi rationabilem, nisi illud probetur, vel manifestè ex ipsius causæ visceribus prodeat.

Idem de Gonni in eod. tractat. quæst. 8.

71. I. *Pia*, Item pietatis causa indici potest caritatiua subuentio, veluti in subsidium terræ sanctæ, vt centesimæ tempore sancti Ludouici, decimæ Regnante Carolo VII. de quibus supra tractatum est.

72. Sed & huius pietatis ratione Christianissimi Reges Franciæ, non tantum pecuniarum subsidium erogauerunt, sed & personale auxilium præstiterunt, vt Carolus Magnus, Philippus Augustus, & sanctissimus Pragmaticæ nostræ conditor, terræ sanctæ recuperandæ causâ, in partes transmarinas bis transfretauit.

73. K. *Vrgentissima causa*, Vrgentissima causa dicitur, quæ imminet, & proxima est, vt hostes propulsandi, ditiones Ecclesiæ Romanæ ab infidelibus occupatæ recuperandæ, & aliæ similes, quibus, fideles omnes, & maxime Ecclesia Gallicana, subleuandis, subuentiones & subsidia caritatiua erogare debent.

Idem de Gonni in d. tract. de caritatiuo subsidio. quæst. 13.

74. L. *Vel ineuitabili necessitate*, Idem quod rationabilis & vrgentissima causa, vt explicat Remigius de Gonni in tractat. de caritatiuo subsidio. quæst. 13. quæ dicitur inesse, & vrgere, cum summus Pontifex, vel Prælatus Ecclesiæ sine culpa sua in talem incidit calamitatem, cui ex Prælaturæ bonis & commodis reparandæ sufficere non possit.

75. M. *Et de spontaneo & expresso consensu nostro*, Nullus enim in hoc Regno imponere potest noua subsidia absque Regis iussu & authoritate, ne quidem summus Pontifex super reditibus Beneficiorum, illi enim sunt mere temporales, quorum Custodiam Rex Christianissimus Francorum sub ipsa inauguratione suscipit, & ad amplectendam sese iuramento solemni astringit.

Ioann. Gall. quæst. 60. in 5. parte stili Parlam.

76. Et ex eo est quod Ioannes Galli Aduocatus Regius in quæst. 60. in parte 5. stili Parlamenti. illud constantissimi iuris esse dicat, *quod nullus potest in Regno Franciæ subsidia imponere super subditis suis, quacumque Prærogatiua, vel dignitate, vel potentia fulciatur, vel vtatur, absque consensu Regis Franciæ, qui omnium est superior in suo Regno; & hoc teneas, nec vmquam contrarium*

dicas, ne crimine sacrilegij accuseris, & reus Majestatis fias. Hæc Ioannes Galli.

77. Nec verò secernenda, vel à regulâ generali sejungenda Ecclesia, cùm & ipsa sit in Republica, secundùm Optatum Mileuitanum libr. 3. de schismate Donatistarum. & ipsius Reipublicæ primas partes sustineat, vt innuit Balduinus ibidem. Optat. Mileuitan. de schismate Donatist. lib. 3. & ibi Balduin.

78. Et ex eo pariter est, quòd sanctus Ludouicus Legislator noster inhibuit collectionem decimæ, authoritate Gregorij IX. summi Pontificis in Regno Franciæ indictam anno 1240. & alteram anno 1247. de mandato Innocentij Papæ IV. impositam. Decret. S. Ludouici anni 1240 & 1247. inhibitoria collectionis à Gregorio IX. & Innocent. IV. SS.. PP.

79. N. *Et ipsius Regni nostri.* Non tantùm nouorum subsidiorum impositioni super fructibus Beneficiorum Ecclesiasticorum Rex ipse consentire debet, sed & Ecclesiæ Regni Gallicani, siue in fauorem & subuentionem summi Pontificis indicantur, siue Regibus ipsis & Reipublicæ subleuandæ inferri debeant.

80. Sed enim vbicunque præstari habeant, & quacunque de causa, caritatiui subsidij, doni gratuiti, & concessionis liberalis nomine appellantur, quæ merum concedentis Ecclesiæ consensum arguunt.

81. Et inde est, quòd non aliàs indicuntur, quàm de consensu ipsius Ecclesiæ Gallicanæ, in publicis comitiis de mandato Regis congregatæ, quarum & collectionis rationes coram Prælatis ibidem congregatis haberi debent.

82. Verumtamen vbi indictum est de consensu Ecclesiæ Gallicanæ caritatiuum subsidium, in inuitos & reluctantes, jure superioris Dominij, hoc est authoritate Regiâ agi potest, vt ad solutionem, catalogo inscripti adigantur, vt pluribus patet decretis relatis in altero volumine probat. ad libert. Eccles. Gallicanę cap. 39. 2. vol. probat. ad lib. Eccles. Gall. cap. 39.

83. Item ex pluribus authenticis exemplis & domesticis euinci potest, indictiones subuentionum summis Pontificibus concessarum, non aliàs processisse, quàm

de consensu Regis Christianissimi, & Ecclesiæ Gallicanæ, referuntur in commentario ad libertates Ecclesiæ Gallicanæ Petri Pithæi. art. 14.

Comment. ad libert. Eccles. Gall. Petri Pithæi. art. 14.

ARTICVLVS SEXTVS.

Item libertates, [a] franchisias, [b] immunitates, [c] prærogatiuas, [d] jura & priuilegia, [e] per inclitæ recordationis Francorum Reges prædecessores nostros, [f] & sucessiuè per nos, [g] Ecclesiis, [h] Monasteriis, [i] atque locis piis Religiosis, [k] necnon personis Ecclesiasticis Regni nostri, [l] concessas & concessa, [m] laudamus, [n] approbamus, [o] & confirmamus per præsentes. [p]

SVMMARIVM.

1. *Hic articulus etiam desumptus ex antiquiori constitutione anni 1228.*
2. *De libertatibus, ut immunitatibus & priuilegiis, agitur.*
3. *Nec vero agitur de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ vulgò dictis.*
4. *Nulli Reges Christiani ampliores Ecclesias fundauerunt & dotauerunt, quàm Reges Francorum.*
5. *Inter illos Regios fundatores prælucet sanctus Ludouicus.*
6. *Non tantum fundis ditauerunt Ecclesias, sed & priuilegiis.*
7. *Quare priuilegia Ecclesiis à Regibus concessa sunt perpetua.*
8. *Reges & quilibet alij contractuum executioni submittuntur.*
9. *In donationibus Regiis ipsis Ecclesiis illatis, nec modus, nec mensura.*

10. *In id authoritas Iustiniani Imperatoris laudatur.*
11. *Priuilegiis Regiis subjiciuntur Apostolica familiæ Regiæ concessa.*
12. *Hæc priuilegia Apostolica reuocationi non subjacent.*
13. *Sed nec ea quæ collegiis, locis religiosis, & familiis vniuersis.*
14. *Quid significet in hoc articulo verbum* libertates.
15. *Libertas hic habetur ut immunitas.*
16. *Ecclesiastici à præstatione realium onerum non eximuntur.*
17. *In id authoritas Capitularium Caroli Magni in Concilio Vormatiensi.*
18. *Quid importet verbum* franchisias.
19. *Corona Franciæ Corona libertatis.*
20. *Verbum* franchisiæ *vsurpatum in perscriptis nostris moribus.*
21. *Quid prænotet verbum* immunitates.
22. *Definitioni nominis Immunitatis, subjungitur definitio rei.*
23. *Laudantur authores tractantes de Immunitatibus Ecclesiarum.*
24. *Quid significet verbum* prærogatiuas.
25. *Quid ferant verba* jura & priuilegia.
26. *Quid sint priuilegia ex ethimo nominis.*
27. *Quid importent verba* per inclitæ recordationis Francorum Reges.
28. *Qui dicantur prædecessores & antecessores.*
29. *Quare dicuntur* Reges Francorum, *non Franciæ.*
30. *Vnde Prædecessores dicuntur* inclitæ memoriæ.
31. *In id varia veterum testimonia.*
32. *Quid inferant verba* & successiuè per nos.
33. *Successio probatur in stirpe Valesia & Borbonia.*
34. *Quid prænotet verbum* & Ecclesiis.
35. *Verbum* Ecclesiis *in articulo denotat seculares.*
36. *Quid habeat verbum* Monasteriis.
37. *Monasteriorum & Monachorum plures species, quorum alij Beneficiis exuti, mendicantes dicuntur.*
38. *Nec eorum possessione capaces reddi possunt, nisi mediante Regis permissione.*

39. *Alij Beneficiis Regularibus intitulantur, vel Conuentualibus, vel simplicibus.*

40. *Quid includant verba* atque locis piis Religiosis.

41. *In id nota Aduocati Parisiensis in summario cap. 3. de Relig. dom.*

42. *Loca pia & Religiosa de hospitalibus intelligenda.*

43. *Hospitalium Reges Franciæ speciales & proprij Custodes.*

44. *Quid significent verba* necnon personis Ecclesiasticis Regni nostri.

45. *Priuilegiis ordini & Collegio concessis renunciari non potest.*

46. *Quid inferant verba* concessas & concessa.

47. *Vnde collationes Beneficiorum liberæ, dicuntur concessiones.*

48. *Quid includat verbum* innouamus.

49. *Quid ferat verbum* laudamus.

50. *Quid & verbum* approbamus.

51. *Quid verba* & confirmamus per præsentes.

52. *Quis effectus confirmationis antiquioris legis.*

1. HIc articulus desumptus ex antiquiori constitutione ejusdem sanctissimi Regis, in principio Regni & Imperij promulgata, anno scilicet 1228. quæ refertur in stilo Parlamenti part. 3. tit. 41. de priuilegiis Regiis ac Burgensibus. §. 10. & in collectione Regiarum constitutionum Antonij Fontanonis tomo 4. tit. 30. articul. 1. & quæ tandem à sanctissimo Rege relata est & inscripta in Pragmaticæ Sanctionis articulum sextum, vt major authoritas accederet.

Stil. Parlam. part. 3. tit. 4. de priuilegiis Regiis ac Burgensibus §. 10. & coll. reg. constit. Anton. Fontan, tom. 4. tit. 30. art. 1.

2. Agit verò in hoc articulo sanctissimus Pragmaticæ conditor de libertatibus, immunitatibus, prærogatiuis, juribus ac priuilegiis indultis vel à prædecessoribus Regibus, vel à semetipso, pluribus Ecclesiis Regni, quæ innouat & confirmat per hanc sacram Sanctionem.

3. Non agit itaque de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ,

næ, quæ, vt suprà diximus, non sunt priuilegia, nec reuocationi subjacent, vt ostendimus ad articulum quartum huius Sanctionis, nec per consequens vllâ confirmatione indigent, sed tractat de priuilegiis Regiis, Ecclesiis Regni concessis.

Comm. ad art. 4. huius Pragmaticæ.

4. Nulli enim fuere Reges vel Principes Christianissimi, qui tot & tantas Ecclesias Cathedrales, Abbatias, & Monasteria, Hospitalia, Leprosarias, & alia loca Pia & Religiosa fundauerint & dotauerint, tot & tantis priuilegiis & immunitatibus ditauerint.

5. Et inter eos sanctissimus Pragmaticæ nostræ conditor, & præ cæteris omnibus claruit, vt habetur apud Nangium, Goffridum de Belloloco, Guilelmum Carnotensem, Ioannem Ionuillæi Dominum, & alios vitæ sancti Regis exponendæ authores, & Regiâ munificentiâ præcessit.

Authores vitæ S. Regis.

6. Nec tantùm immensis & locupletibus thesauris, pecuniis, fundis, domibus, & ditionibus latè patentibus vbique ditauerunt, sed & pluribus priuilegiis & immunitatibus decorarunt, quæ, cùm vt plurimùm fundationum & dotationum instrumentis adjecta sint, in publicam authoritatem transierunt, nulli hactenus reuocationi subjacentem.

7. Nec verò ex eo tantùm perpetua sunt, quòd concessum à Principe Beneficium decet esse mansurum, in cap. decet. 16. de reg. jur. in 6. sed & quod in contractum transformata sint, cujus æterna debet esse authoritas, vt notat Aduocatus Parisiensis ad idem cap. in glossa verbi mansurum. ibi etiam in totum tollere.

Cap. decet. de regul. jur. in 6. Aduoc. Parif. ad gloss. cap. decet. in verb. mansurum. ibi in totum tollere.

8. Quemadmodum enim Reges & Principes, licet legibus soluti esse dicantur, in lege Princeps. Dig. de legibus. & in lege digna vox. Cod. de legib. contractuum tamen executioni submittuntur, vt innuit glossa Pragm. Sanct. vel potiùs Probus Apostillator tit. de elect. §. decreuitque. in verbo exprimenda. addit. 3. & Ioannes Dayma Baionensis in commentar. ad concordata de reg. ad Præl. nomin. in verbo vacantibus. fo-

Leg. Princeps. Dig. de leg. leg. digna vox. Cod. de leg. Gloss. Pragm. Sanct. tit. de elect. §. decreuitque. in verbo exprimenda. & ibi Probus addit. 3. Ioan. Dayma. ad concord. de

reg. ad Præl. nomin in verbo vacantibus. folio 245. col. 2.

lio mihi 245. colum. 2. sic & priuilegiis, & immunitatibus, fundationibus suis additis, seruandis & custodiendis in perpetuum inuigilare debent.

9. Sed enim in his donationibus nec modus nec mensura à Regibus nostris Christianissimis seruari consueuerat, sed toti effundebantur in munificentias sanctissimis Dei Ecclesiis erogandas, adeò vt etiam in permutationibus cum Ecclesiis Regni ineundis, æqualitatem, licet hujus contractus regula esse debeat, neutiquam seruare debuerint, vt monuit Iustinianus in Nouella 7. cap. 2. §. si minus igitur.

Iustin. in Nouel. 7. cap. 2. §. si minus igitur.

10. *Quid enim*, inquit ibi, *Imperator causetur ne meliora det, cui plurima Deus dedit habere, & multorum Dominum esse, & facilè dare, & maximè in sanctissimis Ecclesiis, in quibus optima mensura est donatarum rerum immensitas*; quod refertur à glossatore Pragmaticæ Sanctionis in procem. §. cæterum. in verbo depereunt.

Gloss. Pragm. Sanct. in procem. §. cæterum. in verb. depereunt.

11. Tandem priuilegiis & immunitatibus à Regibus Christianissimis sanctissimis Regni Ecclesiis concessis, quæ æternæ debent esse authoritatis, lubet subjungere priuilegia quædam Apostolica, Augustissimis Regibus Franciæ, Reginis, filiis Regum, & sacræ familię domesticis indulta.

Cap. ne aliqui. de priuilegiis in 6.

12. Sed ne illa quidem reuocari possunt, vt habetur in cap. ne aliqui. de priuileg. in 6. in quo Clemens IV. summus Pontifex, in generali reuocatione priuilegiorum Apostolicorum excipit illa, *quę Regibus, Reginis, eorumque filiis, necnon Religiosis quibuscunque, non personarum tantùm, sed Ordinum priuilegiatorum, vel locorum, ratione indulgentur.*

13. Verùm enim, vt locis Religiosis, Collegiis, & familiis indulta priuilegia, non tam ratione personarum, quàm ipsius familiæ, aut Collegij fauore & gratiâ conceduntur, ita Regibus, Reginis, & sacræ familiæ concessa priuilegia, non tam personis conceduntur, quàm ipsi Regno & Principatui, quæ nunquam intermoriuntur, sed continuâ successione perdurant, his ita-

que præmissis, singula hujus articuli vocabula, secundùm ordinem quo jacent exponamus.

14. A. *Item libertates.* De libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ hic articulus nequaquam interpretandus, illæ namque, vt suprà euicimus, cùm in sola juris communis dispositione consistant, quæ vbique seruari debet, nullâ confirmatione Regiâ indigent, cùm nec reuocationi Pontificiæ subjaceant.

15. De libertatibus itaque oppositis publicis & fiscalibus oneribus, & muneribus subeundis, quæ sunt immunitates, & vacationes munerum publicorum, intelligendus, putà personalium munerum, vt tutelarum leg. 1. & 2. Cod. de Episcop. & Cler. leg. generaliter. Cod. eod. quæ posterior translata à Gratiano in can. generaliter. 16. quæst. 1. Item ab extraordinariis, ex constitutione Caroli Magni lib. 6. capitularium cap. 101. exceptâ solâ pontium, viarum, aut murorum vrbis reparatione.

L. 1. & 2. Cod. de Episc. & Cler. leg. generaliter. Cod. eod. can. generaliter. 16. quæst. 1. Capitul. Caroli Magni. cap. 101.

16. Namque à præstationum realium exsolutione non eximuntur Clerici; leg. 15. Cod. de Episcop. & Cler. nisi propter mansum integrum: qui etiam cuilibet Ecclesiæ liber & immunis ab omni onere in dotem assignari debebat, ex constitutione Caroli Magni lib. 1. capitular. cap. 91. quæ refertur tanquam ex Concilio Vormatiensi à Gratiano in can. sancitum. 23. quæst. 8. & à Gregorio IX. in cap. 1. de censibus.

L. 15. Cod. de Episcop. & Cleric. Capit. Caroli M. lib. 1. cap. 91. Can. sancitum. 23. quæst. 8. cap. 1. de censib. apud Greg.

17. Illud enim hîc habetur *vt vnicuique Ecclesiæ vnus mansus integer absque vllo seruitio attribuatur, & Presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus, non de domibus, neque atriis, vel hortis juxta Ecclesiam positis, neque de præscripto manso, seruitium aliquod faciant præter Ecclesiasticum, & si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis debitum seruitium impendant.*

18. B. *Franchisias.* Idem quod libertatis nomen, nam Francus significat liberum, in lingua Germanica vel Theutonica, vnde Franci & Francigenæ quasi liberi.

19. Namque Corona Franciæ dicitur Corona libertatis per eminentiam, cùm Reges Francorum nullum superiorem agnoscant, præter Deum, teste Innocentio III. in cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi. vt nouissimè Sorbonici coram Rege declararunt.

Innoc. in cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi.

20. Sed & illud verbum *franchisiæ* vsurpatur in perscriptis Boiorum moribus, art. 156. & 339. vnde alodia dicuntur franca, & feuda similiter dicuntur franca, quasi libera ab omni seruitio, & quod nullum laudent authorem, vnde alodij nomen.

Mores, Borbon. art. 156. & 339.

21. C. *Immunitates.* Immunitas dicitur & emunitas apud Marculfum in formulis cap. 3. & ibi doctissimus juxta & clarissimus Aduocatus Regius, si vocis sonum attendamus, est vacatio munerum, & priuatio muneris, status extra munera, dictiones enim illæ *Im.* & *E.* sunt priuatiuæ, vt immunis dicatur sine munere.

Marculph. in formul. cap. 3. & ibi clariss. Aduoc. Reg.

22. Dicitur autem à Goffredo Tranensi in summa tituli de immun. Eccles. *libertas, quæ Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, vel rebus ad eas pertinentibus competit:* quarum vt plures species edantur, perscrutandum quod de his differit eruditissimus Aduocatus Regius ad cap. 3. formul. Marculphi.

Goffred. Tran. in summ. tit. decretal. de immun. Eccl.

Aduoc. Reg. ad Marculph. de formul. cap. 3.

23. Sed enim ex eo patebit manifestiùs, Reges Francorum, præ cæteris Christiani orbis Principibus, abundantiùs Ecclesiis immunitates concessisse, item adeundus Anastasius Germonius Taurinensis Archidiaconus in tract. de immun. sacror. & Remigius de Gonni. Nauarræus in simili tractatu de immunitate Ecclesiæ.

Anastas. Germonius de immunit. sacror. Remig. de Gonni. in tract. de immunit. Eccles.

24. D. *Prærogatiuas.* Accipiuntur prærogatiuæ vt nobis interpretatur doctissimus Præses Barnabas Brissonius de verb significat. lib. 14. in verbo prærogatiua. pro jure quodam præcipuo, speciali, seu priuilegio, quod pluribus probat juris Ciuilis authoritatibus, quas videre licet, & huic nostræ Pragmaticæ Sanctionis articulo conuenientissimum est accommodare, vt ampliori interpretatione non egeat.

Barnab. Brissonius lib. 14. de verb signific. in verbo prærogatiua.

25. E. *Iura & priuilegia.* Vtrumque vocabulum

æquo iure coniungitur, nec enim hîc verbum *iura* intelligendum de iure publico & communi, sed de iure singulari, vt dicitur in lege 16. dig. de leg. & in leg. 2. cod. de testam.

Leg. 16. dig. de legib. & leg. 2. cod. de testam.

26. Priuilegia enim dicuntur priuatæ leges, siue singulares, ius singulare, de quo Paulus libro singulari de iure singulari, vt adnotauit doctissimus Antonius Augustinus Tarraconensis Archiepiscopus in tract. de nominibus propriis. & Iacob. Labit. in indice & apud Præsidem Brissonium de verb. signif. lib. 14. in verbo priuilegium. vbi dicitur priuilegium significare quoque Prælationem & prærogatiuam quamdam.

Paul. lib. singulari de iure singulari.
Anton. August. de nominibus propriis. index labit.
Barnab. Brisson. lib. 14. de verb. signif. in verb priuilegia.

27. F. *Per inclitæ recordationis Francorum Reges prædecessores nostros* laudat hîc sanctissimus Pragmaticæ conditor tot & tantorum priuilegiorum & immunitatum authores Reges Francorum prædecessores; nam à suscepta fide Catholica & Christiana, non cessarunt à munificentiis in sanctissimas Dei Ecclesias conferendis, quarum monumenta habemus, tum in Annalibus Historiæ nostræ, tum in codice piarum donationum ab Auberto Miræo Bruxellensi edito.

Auberti Miræi codex piarum donationum.

28. Vocat prædecessores, non modo mediatos, sed & immediatos, prædecessores enim dicuntur de immediatis prædecessoribus longa serie succedentibus, Antecessor de mediato, qui erat Ludouicus VIII. filius Philippi Augusti Adeodati, vt habet gloss. Pragm. Sanct. in Proœm. §. quibus ad plenum. in verbo prædecessorum nostrorum.

Gloss. Pragm. Sanct. in Proœm. §. quibus ad plenum. in verbo prædecessorum nostrorum.

29. Dicit Reges *Francorum*, non Franciæ, quod peculiare est Regibus Francorum, vt notat Rebuffus in Concord. in Proœm. in verb. Francorum Rex. *Quia*, inquit, *pauci Reges sunt hominum, sed à Rebus vocantur, vt Rex Angliæ, Siciliæ, Castellæ & Legionis, Portugalliæ, Sardiniæ, Poloniæ, sed hic est Rex Francorum, quia Francos regere non parua cura fuit, ideo ab illis denominantur.* hæc Rebuffus.

Rebuff. ad Concord. in Proœm. in verb. Francorum Rex.

30. *Prædecessores Reges inclitæ memoriæ* vocat, nam

Sueton. in Nerone cap. vltimo.

memoria prædecessorum Regum & Imperatorum celebratur, sic Vologeses Persarum Rex petit à Senatu Romano vt Neronis memoria coleretur, vt Suetonius habet in Nerone. cap. vlt. vnde & recolendæ memoriæ appellantur.

Barnab. Brisson. lib. 2. de verb. signif. in memoria. verb Leg. xi. cod. si nuptiæ ex rescripto petantur.

31. Sic decessores suos vita functos Augustæ & Diuæ memoriæ posteriores sæculi Imperatores appellant in pluribus rescriptis, quæ referuntur à doctissimo Præside Barnaba Brissonio lib. xi. de verb. signif. in verbo memoria. sic & Triumphalis memoriæ patrem suum appellant Honorius & Theodosius in leg. 1. si nuptiæ ex rescripto petantur.

Historiæ nostræ scriptores.

32. G. *Et successiue per nos*, Regnum Franciæ defertur successioni, & continuationi sanguinis lineæ masculinæ, exclusis fœminis ex lege Salica, de qua successione plures Historiæ nostræ scriptores, adeò vt ab Hugone Capeto Regum nostrorum Tertiæ stirpis & propaginis illustri capite, ad Philippum Valesium successio continuata fuerit non modo in linea masculina, sed & in directa per trecentos annos & amplius.

33. Et à Philippo Valesio, in eadem stirpe Valesia per alios trecentos, annos vsque ad Henricum IV. & ab eo in stirpe Borbonia, à sancto Ludouico per traducem Roberti Comitis Claromontani & Borbonij posterioris sancti Regis filij repetita, ad Regem modernum Ludouicum XIV. hodie fœliciter regnantem, cui Deus prosperos & longæuos annos impertiatur.

Glossa. cap. decet. in verb concessum. de regul. iuris. in 6.

34. H. *Ecclesijs*, verba quæ sequuntur denotant priuilegia & immunitates non personis singularibus concessa fuisse, sed Ecclesiis ipsis, vel ordini Ecclesiasticorum, & clericorum Deo inseruientium, vnde perpetuò permanere debuerunt, quia sunt realia, non autem personalia, quæ personam sequuntur, & cum ea intermoriuntur, vt notat glossa in cap. decet. in verbo concessum. de reg. iur. in 6.

35. Vtitur autem generali nomine Ecclesiis, vt denotet generalia esse priuilegia, non priuatas leges, & hoc

nomine comprehendit omnes Ecclesias sæculares, quæ in dubio tales præsumuntur, quia primus Ecclesiæ status fuit sæcularis, non regularis, vt innuit Rebuff. in praxi. Petrus Pechius ad cap. 1. de reg. iur. in 6. num. 5. & seq. nec ab initio Monachi & regulares clericorum numero habebantur, leg. generaliter. cod. de Episcop. & cler. Can. de Monachis. Can. alia. Can. generaliter. 16. quæst. 7.

Rebuff in praxi. Pet. Pechius ad c. 1. de reg. iur. in 6. nu. 5. & seq. leg. generaliter. cod. de Episcop. & cler. Can. de Monach. Can. alia. Can. generaliter. 16 q. 7.

36. I. *Monasteriis*, à generali nomine Ecclesiarum; quod ad sæculares specialiter extendi monuimus; descendit sanctissimus Legislator ad Monasteria, siue regulares Ecclesias, in quas propagandas summo deuotionis ardore ferebatur, vt plurium fundator & dotator extiterit, vt produnt Annalium, siue vitæ sancti Regis scriptores, item ejusdem testamentum.

Annalium siue vitæ S. Regis scriptores. & testamentum.

37. Monasteriorum autem plures sunt species, vt & Monachorum, alij enim soli regulæ adstricti nullis Beneficiorum titulis adscribuntur, vt sunt mendicantes, & alij qui mendicantium priuilegiis participes facti sunt, licet non mendicent, vt Carthusiani, Cœlestini, & alii qui mendicantium mare magnum subire gloriantur, vt mendicantium priuilegiis subnitantur.

38. Verùm illi mendicantes, & priuilegiis mendicantium participes facti, non tantum iure communi, ab omni Beneficiorum Ecclesiasticorum possessione excluduntur, clement. vt professores. de regul. sed & lege Regni, quæ Carolum VII. laudat authorem, relata in stilo Parlam. part. 3. tit. 32. §. 2. vnde verum est quod, notat. Aduoc. Parisiens. ibidem. vt Beneficiorum capaces reddi possint, non tantum dispensatione summi Pontificis, sed & Regia opus habere.

Clementin. vt professores de regular. Decretum Carol. VII. de mendicantibus. relatū in stilo Parlam. part 3. tit. 32. § 2. Aduocatus Paris. ibidem in verbo Beneficiorum.

39. Alij verò Monachi Beneficiis intitulantur, & illorum quidam dicuntur Abbates; quidam Priores Conuentuales, quibus familias regularium regere & gubernare incumbit, ex his tamen quidam simplicibus Prioratibus, nullam familiam habentibus intitulantur, quorum differentias hîc exponere non conuenit.

Aduoc. Parif. in not. ad cap. de xenodoch. in fummario. de Relig. dom. §. Sacræ & fequ. de rerum diuifione.in inftitur.

40. K. *Atque locis Piis Religiosis*, Coniungit Aduoc. Parifienf. in not. ad cap. de xenodochiis. 3. de relig. dom. in fummario. illa verba *Pia & Religiosa*, vt inferat non tantum Pia esse debere loca, vt in naturam & titulum Beneficiorum transeant, sed & Religiosa. quippe olim Religiosa loca priuata authoritas faciebat, at verò pia & sacra sola Pontificum consecratio, in §. sacræ. & sequ. de rerum diuis.

Aduoc. Parif. ibidem.

41. Verùm enim cum prædicti capituli summarium haberet, *Episcopo subsunt omnia loca pia*, Addit Parisiensis Aduocatus, *imò Religiosa id est authoritate Episcopi constituta, & quæ prius talia esse constat, vt in cap. sequ. aliàs non habet Episcopus intentionem fundatam, vt dixi in annot. ad Alex. Consil. 120. colum. 2. lib. 1. & ad Philipp. Decium Consil. 121. colum. 1. adhuc in Regno Franciæ cognitio est iudicis Regij, vel magni Eleemosinarij.* hæc Aduocatus Parisiensis.

Gloffa. cap. 3. de Relig.dom. & in leg.fancimus. 22. cod. de facros. Eccl.

42. Et ex his concludendum loca Pia & Religiosa specialiter intelligenda de Xenodochiis, Hospitalibus, Leprosariis, Eleemosinariis, & aliis, de quibus in glossa d. cap. 3. de relig.dom. & in lege sancimus. 22. cod. de sacros. Ecclesiis.

43. Verùm enim de his locis Piis & Religiosis sanctissimus Rex non minorem curam habuit, quam aliarum Ecclesiarum, imò specialiùs cæteris Religiosorum & Piorum locorum custodia sollicitudinibus Regiis incumbit, cum eorum omnium fundator in dubio censeatur, & præsumatur, quæ etiam magni Eleemosinarij Curæ speciali commisit, vt adnotauit Aduoc. Paris. ad cap. 3. de Relig. domib. in summario.

Aduoc. Parif. in notis ad c. 3. de Relig. dom. in fummario.

44. L. *Nec non personis Ecclesiasticis Regni nostri*, non de singulis, vel singularibus personis loquitur, sed de ordine, & toto Ecclesiasticarum personarum collegio, vel si ad species decurrendum, singulis familiis, non personis priuatis; hæc enim priuilegia generalia sunt, non priuatæ leges, atque etiam realia sunt, non personalia, vt perpetua sint nec intermoriantur, vt habetur in glossa

Gloff. c. decet. in verbo conceffum de reg. iur. in 6.

in glossa cap. decet. in verbo concessum. de reg. iur. in 6.

45. Sed & illa adeò perpetua sunt, vt nec illis renunciare possint Ecclesiastici, tum quod Regiæ liberalitati illuderetur, quod sacrilegij instar est, tum quod vniuerso ordini concessa, vt de priuilegio fori dicitur, cui clerici renunciare non possunt, leg. si quis in conscribendo. cod. de pactis. vbi Imperator Iustinianus vtitur verbo *Sacerdotij prærogatiua*, quod & vsurpatur in hoc articulo, item in cap. si diligenti. de foro compet.

Leg. si quis in conscribendo. cod. de pactis. cap. si diligenti. de foro competenti.

46. M. *Concessas & concessa*, referuntur hæc verba ad præcedentia *libertates*, *franchisias*, *immunitates*, *prærogatiuas*, *iura & priuilegia*, *à Regibus nostris Ecclesiis concessas & concessa*; concedendi autem verbum munificentiam & liberalitatem summam arguit, cum lege donari. digest. de donationibus. *donari illud intelligatur quod nullo cogente iure conceditur.*

Leg. donari. dig. de donat.

47. Et ex eo est, vt in iure Pontificio collationes Beneficiorum, quæ maximam libertatem sapiunt, concessiones appellantur, in Rubrica de concess. Præbendæ. quæ verò minorem libertatem admittunt, institutiones dicuntur, quia necessariæ sunt in tit. de institutionibus.

Rubr. de concess. Præbend. & de institut.

48. N. *Innouamus*, id est de veteri nouum facimus, cuius significationis exempla & testimonia plura habemus apud Præsidem Brissonium libro 9. de verb. signific. in verbo innouat. aliquando & verbum illud accipitur pro *mutare*, vt in rubricis, vt pendente lite nihil innouetur. & ne sede vacante aliquid innouetur.

Barnab. Brisson. de verb. signif. lib. 9. in verbo innouat. Rubr. vt lite pend. nihil innouetur. & ne sed. vac. aliquid innouetur.

49. O. *Laudamus*, illud verbum plures significationes recipit, quas videre est apud Præsidem Brissonium de verb. signif. lib. 10. in verbo laudare. sed & significat probare, vt quandoque ea verba simul iungantur, vt apud Plautum *laudo Consilium & probo*, in quo sensu sanctissimus Pragmaticæ conditor vsurpauit.

Barnab. Brisson. de verb. signif. lib 10. in verbo laudare. Plautus.

50. P. *Approbamus*, Idem quod simplex dictio probamus, alij per hoc verbum volunt aliquid addi, & significationem extendi, vt approbare, sit vehementer

probare, plerumque autem verba laudamus & approbamus ſubnectuntur, vt in Cicerone pro Seſtio, *Cneius Pompeius approbata laudataqve Cottæ ſententia dixit*, quod & menti ſanctiſſimi Regis conuenit.

Cicero in orat. pro Seſtio.

51. Q., *Et confirmamus per præſentes*, confirmare eſt firmum facere, vt ſanctiſſimus Rex libertates, & conceſſa priuilegia ſua conſtitutione firmiora reddere voluerit, vnde dicit *confirmamus per præſentes*, quemadmodum in iure ciuili cuilibet pactioni minus firmæ ſtipulatio ſubjungebatur, vt firmaret, quia ſtipulatio dicitur à ſtipulo, quod eſt firmum apud Iureconſultos, vt notat Iuſtinianus Imperator tit. de verb. obligat. in principio. in inſtitutionibus.

Tit. de verbo oblig. in principio. in inſtit.

52. Sic antiquatæ conſtitutioni confirmatio additur, per quam firmior reddatur, imò innouetur; nec eo ſenſu intelligendum verbum *confirmamus*, cùm ita vſurpatur, vt nihil addere dicatur qui confirmat, nam ſaltem addit firmitatem & corroborationem, imò & innouationem, antiquitate deterſa, & exuta.



Mandatum de exequendo.

Earum tenore vniuerſis juſtitiariis, officiariis, & ſubditis noſtris, ac locatenentibus, præſentibus & futuris [a] & eorum cuilibet pro vt ad eum pertinuerit, [b] diſtrictè præcipiendo mandamus, [c] quatenus omnia & ſingula prædicta diligenter & attentè ſeruent & cuſtodiant, [d] atque ſeruari teneri & cuſtodiri inuiolabiliter faciant, [e] nec aliquid in contrarium, quouis modo faciant, vel attentent, ſeu fieri vel attentari permittant: [f] tranſgreſſores aut contrà facientes, juxta caſus exigentiam, tali pœna plectendo [g] quod cæteris cedat in exemplum; [h] in quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri appenſione muniri fecimus. [i] Datum Pariſius, anno Domini 1268. menſe Martio. [k]

SVMMARIVM.

1. QVid includant verba earum tenore vniuerſis juſtitiariis, officiariis, & ſubditis noſtris, ac locatenentibus, præſentibus & futuris.
2. *Quare Regia Sanctio inſcribitur juſtitiarijs, & alijs, non verò Parlamentis.*
3. *Parlamenta Regni ordinum congregationes imitantur.*
4. *Quid ſit jus quod neceſſitas introduxit in lege penult. dig. de legib.*
5. *Parlamenta pro negotiorum occaſione olim conuocabantur.*
6. *Auguratio de ſolemniorum decretorum Curiæ pronunciationum vſu.*

7. *Quid ad commendandam Parlamentorum authoritatem.*
8. *Qui* justitiarij *dicantur apud nos.*
9. *Significat illud verbum & seniores iuris reddendi priuilegiis gaudentes.*
10. *Quinam dicantur* officiarij.
11. *Quinam & dicuntur* locatenentes.
12. *Sancti Ludouici constitutio anni 1253. de regendis justitiariorum functionibus.*
13. *Quibus in locis habetur hæc constitutio.*
14. *Quid significent verba* & eorum cuilibet, pro vt ad eum pertinuerit.
15. *Laudatur regula* extra territorium jus dicenti impune non paretur.
16. *Quid prænotent verba* districte præcipiendo mandamus.
17. *Quid verba* quatenus omnia & singula prædicta diligenter & attentè seruent, teneant, & custodiant.
18. *Quibus intendere debent justitiarij, vt sacram Sanctionem custodiant, similiter & alij quibus executio mandatur.*
19. *Quid significent verba* atque seruari, teneri, & custodiri inuiolabiliter faciant.
20. *Simplex legis executor non habet dispensandi facultatem.*
21. *Quid significent verba* nec aliquid in contrarium quouis modo faciant, vel attentent, seu fieri vel attentari permittant.
22. *Superior clausula habet vim decreti irritantis.*
23. *Quid verba* transgressores, aut contra facientes iuxta casus exigentiam tali pœna plectendo.
24. *Cur pœna certa & determinata non indicatur.*
25. *Probatur in Regno pœnas esse arbitrarias.*
26. *Quid significent verba* quod cæteris cedat in exemplum.
27. *Qua de causa pœnæ indicuntur.*

28. *Quid prænotent verba* in quorum omnium & singulorum testimonium, præsentes litteras sigilli appensione muniri fecimus.
29. *Quid verba* datum Parisius, *& quæ vetus loquendi formula.*
30. *Vnde data apponitur* Parisius, *& non Parisiis,*
31. *Plura ad ciuitatis Parisiensis commendationem.*
32. *Quid significent verba* anno Domini 1268. *specialiter sumpta.*
33. *Vnde anni inchoari consueuerant olim, vnde & hodie.*
34. *Quid significet appositio mensis in data.*
35. *Hoc tempore conuocati Regni Proceres; quibus assidentibus promulgata sancti Regis Pragmatica Sanctio.*
36. *Quare sacræ Sanctioni apponatur mensis, non dies.*

1. A. E*Arum tenore vniuersis justitiarijs, officiarijs, & subditis nostris, ac locatenentibus, præsentibus & futuris*, simile mandatum executorium adjectum est Pragmaticæ Sanctioni Caroli VII. & idem Concordatis Bononiensibus subnexum, & cæteris Regum nostrorum Constitutionibus, siue antiquis, siue recentioribus, siue latinis, siue Gallicis, quod in Gallicis his verbis exprimitur, *si donnons en mandement*, &c.

2. Inscribitur autem vel emittitur vniuersis justitiariis, officiariis, & subditis, ac locatenentibus, non Parlamentis, quia tunc nullam certam sedem, vel sessionem habebant, sed pro tempore, & negotiorum vrgentium occasione conuocabantur, tum vni loco, tum alteri, & erant veluti trium ordinum, & statuum Regni, vt dicitur, consessus, quæ hodie in Parlamenti sessionibus quotidianis repræsentantur.

3. Et huic propiùs accedit, quod Romæ fieri solebat, dum legum sanciendarum causa difficiliùs populus Romanus in vnum coiret, Senatui populum repræsentanti legum condendarum potestas delata est, vel ex se, vel ad orationes Imperatorum per Quæstores habitas, quorum hodie & apud nos Cancellarij locum tenent, dum

assident edictorum Regiorum in Senatu factæ probationi.

Lex penult. dig. de leg. Senatusc. & long. consf.

4. Et hæc est iuris diuisio in lege penult. dig. de legibus. Senatus c. & longa consuetudine. vt *totum jus aut consensus fecerit* , & illud legibus siue populi scitis tribuitur, *aut necessitas constituerit*, & illud Senatus-consultis adscribit maximus Cujacius lib. 14. obseruat. cap. 16. *aut firmauerit consuetudo*, & illud nostris moribus perscriptis adscribitur.

Stil. Parlam. part. 3. tit. 1. de instit. Parlam. §. 1. & ibi Aduoc. Parisf. in verbo Parisius.

5. Namque ex collectione stili Parlamenti part. 3. tit. 1. de instit. Parlamentorum. §. 1. & nota Aduocati Parisiensis eidem adiecta in verbo Parisius. *Constat primùm Philippum IV. cognomento Pulchrum Parisius instituisse duo Parlamenta, in natali Domini, & Festo Purificationis Beatæ Virginis.*

Philippi Hutem fixa Parlamenti institutio in vrbe Parisiensi anno 1315.

6. Et ex eo forte fluxisse solemnes decretorum Curiæ pronunciationes in Vigiliis vtriusque Festi diei haberi solitas; *& Ludouicum Hutenum Philippi IV. filium, & successorem, anno 1315. statuisse Parisiis perpetuò stare debere, vnde nunquam translatum sit, nisi saltem ingruentibus bellorum, vel ciuilum, vel exterorum motibus & dissentionibus.*

Aduoc. Parisf. in 1. parte stili in procem. in verbo Curiæ Franciæ.

Gloss. Pragm. tit. de conclus. Eccl. Gall. in verbo Parlamenta.

7. Sed ad commendandam authoritatem & integritatem ejusdem Senatus, & famam vbique increbescentem, consulenda altera Aduocati Parisiensis nota in 1. parte stili Parlamenti. & in procemio. in verbo Curiæ Franciæ. vbi plura profert exempla Principum, etiam exterorum, iudicio Senatus Parisiensis se se submittentium, & quod refertur à glossatore Pragm. Sanct. de conclus. Eccl. Gall. in verbo Parlamenta.

Gloss. Pragm. Sanct. de conclus. Eccl. Gal. in verbo justitiarius.

8. Iustitiariorum, officiariorum, & locatenentium vocabulis generalibus vtitur: *justitiarij* autem sunt hi qui justitiam distributiuam populis & subditis expendunt, vulgare nomen Gallorum, vt innuit glossa Prag. Sanct. de conclus. Eccl. Gall. in verb. justitiariis.

9. Verùm etiam significat illud verbum seniores & Dominos locorum, justitiis, siue potestate reddendi

jura ſubditis gaudentium, vt in perſcriptis moribus Marchiæ art. 341. vbi vtrumque nomen & ſenioris & juſtitiarij conjungitur, *Seigneur juſticier.* Conſuet. Marchiæ. art. 341.

10. *Officiarij* autem ſunt hi qui officia publica diſtribuendo juri addicta tenent & poſſident, quique Regis, vel ſeniorum & dominorum nomine, ſubditis, & vaſallis jura reddunt, ſicut de juſtitiarijs diximus, cum ea tamen differentia, quod officiarij nomen nunquam vſurpari habeat niſi pro eo qui alterius vices gerit.

11. *Locatenentes* ſunt hi, qui aut Regias vices ſubeunt, aut Bajulorum, ſiue Bailliuorum; primorum & præcipuorum officiariorum functiones ſuſtinent, primi dicuntur Miſſi Regales, & Dominici, alij Vicarij Prouinciæ, loci ſeruatores, vt apud Franciſcum Raguellum doctiſſimum Anteceſſorem Biturigum; & diligentiſſimum antiquitatum Gallicarum perſcrutatorem. in indice. in verbo *Lieutenant.* hi autem omnes non erant perpetui, ſed ad tempus conſtituti. Franc. Raguel. in indic. iur. Regiorum in verbo *Lieutenant.*

12. Sed & illud obſeruandum ſanctiſſimum Pragmaticæ conditorem celebrem conſtitutionem edidiſſe anno 1253. de regendis muneribus & officijs, functionibus & exercitijs officiariorum ſuorum, quæ refertur primùm vulgari idiomate Gallico reddita, apud Ionuillæi Dominum. in hiſtoria ſancti Regis pag. 261. & ſeqq. Edictum ſancti Ludouici anni 1253. de regendis functionibus officiariorum. Hiſtoria Ionuillæi pag. 261.

13. Sed & in ſtilo Parlamenti part. 3. tit. 6. de officio Bailliuorum, Seneſchallorum, Iudicum præpoſitorum, & aliorum officiariorum. Item in collectione Regiarum conſtitutionum Antonij Fontanonis tomo 1. variis locis patet officiarios, quibus inſcribi potuit hæc ſacra Sanctio, fuiſſe Bailliuos ſiue Bajulos, Seneſchallos, & præpoſitos, qui & in hodiernum diem permanſerunt. Stil. Parlam. part. 3. tit. 6. de offic. Bailliuorum Seneſchall. iud. præpoſ. & alior. officiar. CollectioReg. conſtit. Anton. Fontan. tom. 1.

14. B. *Et eorum cuilibet prout ad eum pertinuerit*, hæc verba intelligi debent diſtributiuè ad ſingulos Iuſtitiarios, officiarios, & locatenentes, quibus executio huius Sanctionis demandatur ſecundum, vniuſcuiuſque iuriſdictionis territorium, vt alter non debeat exequi extra territorium, ſed Iuſtitiario, aut officiario dicti loci di-

mittere executionem.

15. Tum quia extra territorium ius dicenti impune non paretur, leg. vlt. de iurisd. omni. iud. cap. vlt. de constit. in 6. tum quia secundum regulam in primo articulo huius sacræ Sanctionis propositam, ex Gregorio Magno lib. 9. epist. 32. *vnicuique sua iurisdictio seruari debeat*; quæ fuit regula sancti Legislatoris in executione suæ sacræ Sanctionis, cuilibet Iustitiario, vel officiario pro vt ad eum pertinuerit, committenda.

Leg. vlt dig. de iurisdict. omn. iud cap. vlt. de constit. in 6. Greg. Magn. lib. 9. epist. 32.

16. C. *Districtè præcipiendo mandamus*, conjungit verbum præcepti cum mandato, vt maiorem authoritatem addat, mandata enim Principum sunt præcepta, vt explicat doctissimus Præses lib. 11. de verb. signif. in verb. mandata. & hæc verba respondent clausulæ in Gallicis constitutionibus adhiberi solitæ, *si donnons en mandement.*

Barnab. Brisson. lib. 11. de verb. signif. in verb. mandata.

17. D. *Quatenus omnia & singula prædicta diligenter & attentè seruent, teneant & custodiant*, hæc pars respicit ipsos Iustitiarios, officiarios, & subditos, qua mandat vt singuli seruent & custodiant sacram Sanctionem, namque post publicationem legis, sola superest obsequij gloria.

18. Illud autem ita intelligendum, vt Iustitiariorum & officiariorum partes sint in Iudicando, cæterorum subditorum, puta Aduocatorum in consulendo & practicando, aliorum omnium in negotiis quibuslibet exequendis, ita vt Iudicibus contra sacram Sanctionem iudicare non liceat, Aduocatis consulere vel postulare aut Patrocinari, cæteris contra præmissa agere, contrahere, vel stipulari.

19. E. *Atque seruari, teneri, & custodiri inuiolabiliter faciant*, hæc pars respicit etiam Iustitiarios & officiarios prædictos, non quo ad se, sed distributiuè & respectiuè ad alios subditos Iurisdictioni submissos, vt ab eis sacram Sanctionem seruari, teneri, & custodiri inuiolabiliter faciant, hoc est absque vlla remissione vel indulgentia.

20. Nec

20. Nec enim is cui ſimplex legis executio mandatur, inexecutionis veniam condonare poteſt, ſed ſolus ſacræ legis conditor, qui vel etiam non poſſit, cum legis executio in ſola iuris communis obſeruatione conſiſtat, aduerſus quam nec ipſe Legiſlator diſpenſare poſſit, ſicut nec de iure diuino aut naturali.

21. F. *Nec aliquid in contrarium quouis modo faciant vel attentent, ſeu fieri vel attentari permittant*, hæc clauſula habet vim & authoritatem decreti irritantis, quamuis non fuerit adjectum, vt quodcumque in contemptum ſacræ Sanctionis fieret, caſſaretur & annullaretur, vel caſſum & irritum haberetur, vt patet in lege non dubium. cod. de legib. Lege non dubium. cod. de legib.

22. Verùm enim vt ex ea lege colligitur, ſufficit Legiſlatori prohibuiſſe, & eius prohibitio includit & importat nullitatem eorum omnium, quæ in neglectum legis commiſſa ſunt: hæc autem clauſula in ordine ſuperioris diſtributionis concepta eſt, reſpectu habito & ad ipſos officiarios & Iuſticiarios quo ad ſe, & reſpectiuè quo ad ſubditos.

23. G. *Tranſgreſſores aut contra facientes, iuxta caſus exigentiam tali pœna plectendo*, decreto irritanti præcedenti clauſulæ ſubnexo, & ex vi verborum ſubintellecto addit & pœnarum indictionem, comminationibus tandem verbera.

24. Nec tamen decernit de pœna, ſed eius inflictionem officiariorum arbitrio dimittit, vt ſecundum caſus exigentiam, vel maiori, vel minori pœna contrauenientes aut tranſgreſſores plectantur.

25. Et in eo probatur quod apud Gallos iactari conſueuit, pœnas meri arbitrij eſſe, & in judicantis poteſtate, maxime vbi ex conſtitutione Principis modum non recipit.

26. H. *Quod cæteris deinceps cedat in exemplum*, pœnæ præcipuè indicuntur vt delinquentes à delicto committendo auocentur, vel vt alij à delinquendo abſterreantur.

Leg. 1. cod. ad leg. fab. de plagiariis.

27. Et ea ratione in lege 7. cod. ad leg. Fabiam de plagiarijs. pœna capitis sancita est in plagiarios, vt pœnæ genere deterreri possint, aiunt Imperatores Dioclet. & Maximian. Vnde vulgo iactatur.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

28. I. *In quorum omnium & singulorum testimonium, præsentes litteras sigilli nostri appensione muniri fecimus*, hæc clausula, quæ ad fidem & authoritatem sacræ Sanctionis firmandam apposita est, satis superque exposita est à glossatore Pragmat. Sanctionis Carol. VII. & ab eius Apostillatore in conclusione Ecclesiæ Gallicanæ. sub finem. & ad similia verba. vnde ampliori interpretationi supersedendum.

Gloss. Pragm. Sanct. in conclus. Eccl. Gall. sub fine. & ibi Probus.

29. K. *Datum Parisius anno Domini 1268. mense Martio*, hîc apponitur data loci, anni, & mensis, namque in Regiis constitutionibus dies plerumque non apponitur, & ad illud verbum *Datum*, plura vide in gloss. Pragm. Sanct. tit. de sublat. clement. litteris. in verbo datum.

Gloss. Pragm. tit. de subl. clement. litteris. in verb. datum.

30. At verò data primùm apponitur loci, *Parisius*, non Parisiis, quæ est vetus loquendi formula, & in constitutionibus Regiis vsurpata, vt in constitutione Philippi IV. relata in stilo Parlam. parte 3. tit. 1. §. 1. & apud veteres authores, Petrum Blesensem. epistol. 9. 19. 126. sanctum Bernardum epistol. 205. Fulbertum epist. 85. Flodoardum Remensem lib. 2. cap. 2. & alios relatos à Ludouico Lacerda in aduersariis sacris. cap. 72. num. 13.

Constit. Philippi IV. relata in stilo Parlam. part. 3. tit 1 §. 1
Petr. Blesensis epist. 9. 19. 126.
S. Bernard. ep. 205. Fulbert. Episcop. Carnot. epist. 85.
Flodoard. lib. 2. cap. 2. relati à Lud. Lacerda. in aduers. sacris cap. 22. num. 13.

31. Verùm ad huius ciuitatis commendationem lubet obseruare ex Gregorio Turonensi lib. 2. Histor. Francor. cap. 38. *Clodouæum primum Regem Francorum Christianum egressum Turonis Parisios venisse, ibique cathedram Regni constituisse, Philippum Pulchrum primùm ibi duas sessiones Senatus quolibet anno habendas instituisse, & Ludouicum Hutenum eiusdem filium Parisiis Senatus sedem perpetuam fixisse*; adde quæ de eius vrbis Amœnitate differit

Greg. Turon. lib. 2. Histor. Franc. cap. 38.

Hilduinus in Areopagiticis. Et quod nouissime Puteani fratres in dissertatiuncula de Parlamento Parisiensi.

Hilduinus in Areopagiticis. Puteani fratres in diss. tat. de Parlam. Parisiensi.

32. Secundò apponitur *annus Domini 1268.* & primùm dicitur annus Domini, id est Christi, vt innuit idem Lacerda in aduersariis sacris. cap. 112. num. 14. & anni à Resurrectione Domini numerantur apud Gallos, cum Romæ computentur à Natiuitate vt plurimùm, aliquando tamen ab Incarnatione.

Lac[illegible] in aduersar. sacris. c. 112. num. 14.

33. At in Gallia à Resurrectione siue Festo Paschali, vsque ad ann. 1563. quo declarationis Ruscinonensis art. 39. annus cœpit computari & auspicari à capite Ianu. cùm antea computaretur à Resurrectione Domini, & Festo Paschali, teste gloss. Pragm. Sanct. tit. de sublat. Clement. litteris. in verbo Domini. & in conclusione Ecclesiæ Gallic. in verbo anno.

Declar. Ruscinonensis anni 1563. art. 39. Gloss. Pragm. Sanct. tit. de sublat. clem. litteris. in verb. Domini & in conclus. Eccl. Gall. in verb. anno.


34. Tertiò additur, *mense Martio*, quo tempore Regni Proceres, & Prælatos Parisiis conuocauerat, præsente Legato Apostolico, vt refert Ionuillæi Dominus in vita sancti Regis pag. 268. vbi cruce denuò suscepta à sanctissimo Rege, & à filiis paternæ pietatis æmulis, secundam profectionem in partes transmarinas decreuit.

Ionuill. in Historia S. Regis. pag. 268.

35. Namque & in ea Congregatione augurandum sanctissimum Regem suam Pragmaticam Sanctionem promulgasse, cùm & alioquin certiori augurio eliciendo locum præstet vicinitas, & coincidentia temporum, & aptior sanciendæ sacræ legi locus, & omnium Regni ordinum Congregatio, quibus adsidentibus Pragmaticæ Sanctiones promulgari consueuerant, vt suprà monuimus in præludiis.

36. Tandem animaduertendum est mensem apponi, non diem, quod in plerisque Regum nostrorum constitutionibus vsurpatum est, vt & in sacris Sanctionibus Imperatorum Romanorum, quæ passim habentur in codice Iustinianeo etiam sine die & consule inscriptæ, vt magis perennes haberentur, quarum ortus non appareret.

FINIS.



INVENTAIRE DES PIECES employées dans la Preface Historique & le Commentaire de la Pragmatique Sanction de SAINT LOVIS, auec leurs inductions.

Et premierement dans la Preface.

PAge 16. article 4. Arrest de la Cour du 26. Iuin 1626. pour la reformation & le restablissement de l'Vniuersité d'Orleans; par lequel la Cour a condamné la proposition & comparaison du Soleil & de la Lune, tirée du chapitre *solitæ. de major. & obedient.* employée dans vne these proposée pour la dispute d'vne Chaise, & appliquée selon l'esprit du Pape Innocent III. sçauoir celle du Soleil à la puissance spirituelle & Ecclesiastique, & celle de la Lune à la puissance temporelle & seculiere : *pour monstrer* qu'apres la condemnation de ces propositions & comparaisons odieuses; l'on n'auoit pas deu s'en seruir encore dans la dissertation *de Concord. Sacerdot. & Imperij.* au liure 2. chap. 1. art. 8. sous quelque modification que ce fust; L'Arrest rapporté dans le second volume des preuues des Libertez de l'Eglise Gallicane, chap. 37. art. 13. Page 16. art. 4.

Page 17. art. 7. & 8. & page 46. art. 122. vol. 1. des preuues des Libertez de l'Eglise Gallicane. art. 2. 3. & 4. & les notes des Compilateurs sur lesdits articles, & particulierement sur l'article 4. *pour monstrer* quelle a toûjours esté la forme de l'obedience filiale prestée par les Tres-Chrestiens Rois de France aux souuerains Pontifes. Page 17 art. 7. & 8. & page 46. art. 122.

Page 19. art. 15. L'obseruation faite par Mon- Page 19 art. 15.

ſieur Godefroy Hiſtoriographe du Roy ſur le preſent enuoyé par le Roy Clouis, non point au Pape Hormiſde, mais au Sepulchre de Saint Pierre, de la Couronne d'or appellée *Regnum*, tirée de ſes memoires & recueils, dont Monſieur Godefroy ſon fils m'a fait part; *pour monſtrer* l'independance des Roys dans leur adminiſtration temporelle, dés la naiſſance du Chriſtianiſme dans le Royaume, & qu'ils ne reconnoiſſent autre Superieur que Dieu.

Page 25. art. 41. *Page 25. art. 41.* vol. 1. des preuues des Libertez de l'Egliſe Gallicane. chap. 1. art. 4. & la note des Compilateurs ſur cét article; *pour monſtrer* les donations & les aduantages faits par les Rois de France aux ſouuerains Pontifes, & les aſſiſtances perſonelles qu'ils leur ont renduës, pour les garantir de l'inuaſion des Lombards, & les retraittes honorables qu'ils leur ont données dans leur Royaume, lors qu'ils fuyoient la perſecution des Empereurs d'Allemagne, *pour monſtrer* de plus que de la pluſpart des Eſtats & Domaines dont joüiſſent les ſouuerains Pontifes, ils en ſont redeuables à la France.

Page 26. art. 47. & 48. *Page 26. art. 47. & 48.* L'Edict du Roy Philippe Auguſte de l'an 1220. rapporté dans la collection des Hiſtoriens de France de Monſieur Ducheſne, dans le tome 5. en la vie de ce Roy, enſemble ſon Teſtament de l'an 1190. rapporté au meſme lieu, & dans le premier vol. des preuues. chap. 16. art. 4. *pour juſtifier* de l'ordre eſtably par le Roy Philippe Auguſte pour la diſpenſation des Benefices pendant ſon voyage en la Terre-Sainte.

Page 27. art. 51. *Page 27. art. 51. Monita ſancti Ludouici ad Philippum filium*, rapportez dans la collection des Hiſtoriens de France de Monſieur Ducheſne aprés la vie de ſaint Louis compoſée par le Moine Nangis, & autres, tome 5. & dans les additions & obſeruations de Menard ſur l'Hiſtoire de ſaint Louis du Sire de Ioinuille, *pour monſtrer* des Inſtructions que le Roy ſaint Louis donnoit à

ſon fils de l'exemple du Roy Philippe Auguſte ſon ayeul, & de l'affection qu'il auoit toute particuliere pour le Clergé, & autres aduis pour le gouuernement de ſon Royaume.

Page 29. art. 59. Edictum ſancti Ludouici de libertate Eccleſiaſticâ, de l'année 1228. rapporté dans le recueil des Ordonnances de Fontanon tome 4. dans l'appendice pag. 942. & *in diſſertat. de Concord. Sacerd. & Imper.* liure 3. chap. 1. dans l'addition, *pour monſtrer* les ſoins qu'a eu le Roy ſaint Loüis pour conſeruer la liberté Eccleſiaſtique dans toute l'eſtenduë de ſon Royaume. Page 29. art. 59.

Page 29. art. 60. Lettre du Roy ſaint Loüis de la Regence du Royaume deferée à la Reine Blanche ſa mere, lors de ſon premier voyage pour le recouurement de la Terre-Sainte, au mois de Iuin 1248. rapportée dans le premier volume des preuues. chap. 16. art. 15. & dans la collection des Hiſtoriens de France de Monſieur Ducheſne. tome 5. en la vie de ce ſaint Roy. *pour monſtrer* l'ordre eſtably par ſaint Loüis en l'adminiſtration de la Iuſtice & la diſpenſation des Benefices dans ſon Royaume pendant ſon abſence. Page 24. art. 60.

Page 30. art. 62. Extraict de l'Hiſtoire de ſaint Loüis compoſée par Guilaume de Nangis, rapportée dans le Recueil des Hiſtoriens de France de Monſieur Ducheſne tome 5. touchant l'ordre eſtably par ce ſaint Roy, pour la diſpenſation des Benefices de ſa collation ou preſentation, *pour juſtifier* d'autant plus des ſoins qu'a eu ce ſaint Roy pour la diſpenſation des Benefices dans ſon Royaume. Pag. 30. art. 62.

Page 31. art. 66. & dans le Commentaire de la Pragmatique Sanction de ſaint Loüis pag. 86. art. 16. Lettre de ſaint Loüis allant outre mer, par laquelle il nomme l'Eueſque de Paris & autres, pour pouruoir aux Benefices vacants en Regale & autres, pendant ſon abſence; & la note des Compilateurs adjouſtée à cét article, rapportée dans le 1. volume des preuues chap 16. art. 20. *pour monſtrer* d'autant plus l'ordre donné par ce ſaint Pag. 31. art. 66. & dans le Commentaire page 86. art. 16.

Roy pour la dispensation des Benefices; & qu'il n'est pas fort veritable ce qui a esté aduancé par les Regalistes, que le Roy ne pouuoit ceder le pouuoir de conferer en Regale : Ces Lettres sont dattées au mois de Mars 1269.

Page 32. art. 71.

Page 32. art. 71. Extraict de l'Histoire de saint Loüis composée par le Sire de Ioinuille part. 1. pag. 23. de l'impression de Monsieur Menard, touchant les excommunications, & encore rapportée selon la double edition dans le premier volume des preuues chap. 6. art. 1. *pour monstrer* de quelle sorte ce saint Roy authorisoit les excommunications, & autres Censures Ecclesiastiques.

Page 33. art. 73. & suiu.

Page 33. art. 73. & suiuants. Extraict de l'Histoire d'Angleterre de Matthieu Paris, rapporté au premier volume des preuues chap. 4. art. 4. touchant la lettre escrite par le Pape Gregoire IX. au Roy saint Louis, pour luy donner aduis de l'excommunication prononcée contre l'Empereur Federic II. & l'élection faite en sa place de la personne de Robert Comte d'Artois frere du Roy saint Louis; & & la response du Roy & des Barons du Royaume au Pape, & à l'Empereur, *pour monstrer* quel estoit dés lors le sentiment du Roy saint Louis touchant le pouuoir & l'authorité des Papes sur les Rois & les Empereurs, & sur leur temporel, & qu'ils n'en auoient autre que sur le spirituel, ny directement, ny indirectement, & que le pouuoir & l'authorité des Rois de France dans l'administration de leur temporel, estoit plus grande & plus independante, que celle des Empereurs.

Page 34. art. 77. & pag. 46. art. 123. & dans le comment. pag. 85. art. 11. & 12.

Page 34. art. 77. & pag. 46. art. 123. & dans le commentaire page 85. art. 11. & 12. Remonstrances faites par le Parlement au Roy Louis XI. pour la defence de la Pragmatique Sanction du Roy Charles VII. en l'année 1461. rapportées au second volume des preuues chap. 21. art. 21. & dans le recueil de Fontanon tome 4. dans l'appendice, en la page 1230. & suiuantes & particulierement

particulierement l'article 41. desdites Remonstrances, *pour montrer* que la Pragmatique Sanction de S. Louys fut faite principalement pour pouruoir aux entreprises des Officiers de Cour de Rome, qui empeschoient par les reserues, la liberté des élections & des collations ordinaires, ce que le glossateur de la Pragm. Sanction de Charles VII. à repeté en sa glose sur le titre des élections, chapitre *licet.* sur le mot *reseruationes.* & que le Parlement defendit genereusement la Pragmatique Sanction de Charles VII. contre l'abrogation du Roy Louys XI.

Page 39. art. 95. Edict du Roy Philippes de Valois du 10. Iuillet 1336. contre l'Official d'Amiens, rapporté dans le recüeil de Fontanon tome 4. en l'appendice. page 943. & dans le second vol. des preuues. chap. 36. art. 10. auec le suiuant. par lequel il luy est deffendu de citer les personnes mariées pardeuant luy pour cause d'adultere. *pour montrer* que quoy qu'ayent voulu dire les Ecclesiastiques de l'issuë de la dispute d'entre Maistre Pierre de Cugnieres, deffenseur des Iurisdictions Royales & seculieres, & Bertrand Euesque d'Authun Patron des Iurisdictions Ecclesiastiques, ce Roy neantmoins regla les Iurisdictions Ecclesiastiques; suiuant les articles proposez par Maistre Pierre de Cugnieres, par cét Edict, qui leur interdit la connoissance du crime d'adultere contre les personnes mariées, conformement à l'article 39. de ceux proposez par Maistre Pierre de Cugnieres. rapportez à la fin du traitté des regales de Monsieur Rusé & additions de Probus. Pag. 39. art. 95.

Page 40. art. 99. Edict du Roy Charles V. pour regler les Iurisdictions Ecclesiastiques & des Officiaux, du 8. Mars 1371. rapporté dans le recüeil de Fontanon tome 4. dans l'appendice. pag. 944. & suiuante. *pour montrer* que ce sage Roy, aprés auoir fait composer le dialogue de la Iurisdiction Ecclesiastique & seculiere, sous le titre de dialogue du Verger, par Monsieur le Chancelier des Dormants, contenant la dispute de la puis- Pag. 40. art. 99.

ſance Eccleſiaſtique & ſeculiere, pour compoſer ce different, dont le Roy Philippes ſon ayeul auoit differé le reglement, il fit ſon Edict qu'il fit enregiſtrer en la Cour, par lequel il confirma les reglemens contenus dans le dialogue.

Page 42. art. 108. *Page 42. art. 108.* Edicts du Roy Charles VI. ſur les libertez de l'Egliſe Gallicane du 18. & 26 Feurier 1406. rapportez dans le recüeil de Fontanon dans l'appẽdice. page 1209. 1210. & 1393. & 1394. *Pour montrer* comme nos Rois ont continué de temps en temps leurs ſoins pour affranchir l'Egliſe Gallicane des nouuelles exactions des Officiers de Cour de Rome.

Pag. 42. art. 109. *En la meſme page 42. art. 109.* Arreſt de la Cour de Parlement du 11. Septembre 1406. commenté en ſuite de l'Edict des petites dattes par le meſme Autheur, par lequel la Cour a defendu la perception de toutes les exactions d'Annates, Communs & Menus ſeruices, dEpoüilles, Vacantes, Arrerages, Decimes, Subuentions, impoſées par les Officiers de Cour de Rome, ſur les Benefices & Beneficiers de France, *pour iuſtifier* d'autant plus des ſoins de nos Rois pour maintenir l'Egliſe Gallicane dans ſon ancienne liberté.

Pag. 46. art. 122. *Page 46. art. 122.* de meſme qu'en la page 17. art. 7. & 8. & particulierement la note ſur l'article 2. du chap. 3. vol. 1. des preuues des Libertez de l'Egliſe Gallicane. où eſt traité de la forme de l'obeyſſance filiale, *Pour montrer* comme le Roy Louys XI. pour rendre le Pape Pie II. plus fauorable à ſes deſſeins, luy ayant deferé auec trop de liberté le pouuoir d'vſer de ſa puiſſance dans le Royaume, la plainte en fut faite dés lors, & au commencement du Regne de Charles VIII. ſon fils, dans l'aſſemblée des Eſtats de Tours, où il fut arreſté que la retractation en ſeroit faite, en l'obedience preſtée au Pape Innocent VIII.

Pag. 47. & 48. art. 129. *Page 47. & 48. art. 129.* Edicts du Roy Louys XI. des dernier Iuin & 10. Septembre 1464. portant defenſes de payer aucunes Finances aux Officiers de Cour de

Rome, pour les dépoüilles des Beneficiers decedez, & pour incompatibilité de Benefices, & d'auoir aucun égard aux graces expectatiues, ou de porter, ou enuoyer à cette fin aucun argent à Rome, rapportez dans le recüeil de Fontanon tome 4. page 490. & 491. *pour montrer* qu'encore que le Roy Louys XI. eust abrogé la Pragmatique Sanction, neantmoins, il ne laissoit pas d'en ordonner l'obseruation dans son Royaume, par ses Edicts & Ordonnances.

Page 50. art. 141. & 142. Appel du Procureur General de Nanterre de la Legation du Cardinal Balluë en l'an 1484. & les instructions données au mesme Cardinal pour l'execution de son Ambassade d'obedience de la part du Roy Charles VIII. au Pape Innocent VIII. rapportez au 1. vol. des preuues. chap. 13. art. 15. & au chap. 2. art. 8. & la note des compilateurs sur ledit art. *pour montrer* des reglemens établis par le Roy Charles VIII. pour l'execution de la Pragmatique Sanction du Roy Charles VII. dans son Royaume, & de la reformation de l'obedience filiale, qui deuoit estre prestée au nom du Roy par le Cardinal Balluë au Pape Innocent VIII. Pag. 50. art. 141. 142.

Page 50. & 51. art. 143. L'acte de la prestation personelle d'obedience du Roy Charles VIII. au Pape Alexandre VI. rapportée au 1. vol. des preuues chap. 3. art. 3. *pour montrer* qu'elle a esté la forme de l'obeïssance filiale & personelle prestée par nos Roys aux Souuerains Pontifes. Pag. 50. & 51. art. 143.

Pag. 50. & 51. art. 147. Edict du Roy Louys XII. de l'an 1499. dont est faite mention en l'Histoire de la Pragmatique Sanction & du Concordat de Messieurs Dupuis en la page 89. par lequel il a ordonné l'obseruation entiere de la Pragmatique Sanction dans son Royaume, *pour montrer*, de la continuation des soins qu'ont eu nos Roys pour l'obseruation de la Pragmatique Sanction & le rétablissement de la discipline Ecclesiastique. Pag. 50. & 51. art. 143.

Page 52. art. 150. & page 69. art. 239. Articuli propositi, Page 52. art. 150. & page 69. art. 239.

deliberati, & Conclusi in Concilio Ecclesiæ Gallicanæ Congregato mense Septemb. anno Domini 1510. in Ciuitate Turonensi, auctoritate Christianissimi Regis D. Ludouici XII. rapportez au 2. volume des preuues. chap. 20. art. 28. & dans Fontanon tome 4 en l'appendice. page 1244. *pour montrer* que nos Roys & les Prelats de l'Eglise Gallicane ont toûjours bien sceu faire difference entre les deuoirs & l'obeïssance filiale que nos Roys auoient accoustumé de prester aux Papes, & l'obligation qu'ils auoient de conseruer les Priuileges de leur Royaumes, & les libertez de l'Eglise Gallicane.

Page 52. art. 151. *Page 52. art. 151.* Edicts du Roy Louys XII. du 26. Iuin 1512. confirmatif de la suspension prononcée par le Concile de Pise transferé à Milan contre le Pape Iule II. & de l'obseruation des Conciles de Cõstance & de Basle dans le Royaume, rapportez dans le 2. volum. des preuues chap. 20. art. 28. & dans le recüeil de Fontanon tome 4. dans l'appendice, page 1245. *pour montrer* que les Roys de France ont bien sceu se defendre & resister aux Papes, quand ils ont voulu sortir de leur administration spirituelle, pour entreprendre sur l'authorité Royale.

Page 54. art. 160. *Page 54. art. 160.* Indult accordé par le Pape Paul III. au Roy François I. le 19. Iuin 1538. en faueur de Messieurs du Parlement de Paris, rapporté dans le recüeil des memoires du Clergé. tome 4. tiltre des Indults. page 775. *pour montrer* que Messieurs du Parlement ayant eu dés long-temps concession de l'indult par les Papes, qui vouloient par ce moyen les rendre plus fauorables à leurs entreprises, mesme le Pape Eugene IV. ils en ont genereusement refusé la grace, iusques à la confirmation de Paul III. aprés auoir fait toutes les resistances possibles pour la defense de la Pragmatique, contre le Concordat.

Page 55. art. 165. *Page 55. art. 165.* Edit du Roy Henry II. à Fontainebleau, du 3. Septembre 1551. par lequel defenses sont faites de transporter or & argent pour l'expedition des Prouisions des Benefices, rapporté dans le second volu-

me des preuues. c. 20. art. 35. & dans le recueil de Fontanon tome 4. dans l'appendice. pag. 1246. & suiuantes, *pour montrer* que de temps en temps les Rois de France ont pris soin de restablir l'ancienne discipline de l'Eglise dans leur Royaume.

Page 55. art. 166. Edict du mesme Roy Henry II. du 21. May 1552. portant main-leuée des defences d'aller à Rome, & le restablissement de la liberté de l'impetration des Benefices, le Pape Iules III. s'estant reconcilié auec le Roy, rapporté au 2. vol. des preuues. chap. 20. art. 37. *pour montrer* que les Rois de France ont bien sceu faire raison aux Papes, & sont demeurez dans la bonne intelligence, & aux termes de l'obeïssance filiale, lors qu'ils n'ont plus affecté de partialitez. Page 55. art. 166.

Pag. 56. & 57. art. 71. & 172. Iugement du Pape Pie IV. de la preference de l'Ambassadeur du Roy Charles IX. sur l'Ambassadeur d'Espagne, & l'execution de ce jugement par le Marquis de Pisani Ambassadeur du Roy Henry III. en la canonisation de saint Didace Espagnol, quoy que faite aux despens du Roy d'Espagne, & le procez verbal de la satisfaction faite par l'Ambassadeur d'Espagne au Roy Louis XIV. sur l'action du Baron de Batteuille Ambassadeur du Roy d'Espagne en Angleterre, *pour montrer* que les Rois de France ont perpetuellement maintenu en la personne de leurs Ambassadeurs leur rang, de fils aisnez de l'Eglise, sur les Rois d'Espagne, & autres Princes. Pag. 56. & 57. art. 171. & 172.

Page 58. art. 176. & 177. Extraict de l'Ordonnance d'Orleans dans les articles 2. & 22. concernant la prohibition prouisoire du payement des Annates & autres droicts de vacances, & defences d'auoir égard aux prouisions par preuention, & aux graces expectatiues, & la Declaration du Roy Charles IX. donnée à Chartres le 10. Ianuier 1562. portant main-leuée des defences d'aller à Rome, rapportée dans le recueil de Fontanon tome 4. en la page 192. *pour montrer* que si d'vn costé nos Rois ont bien sceu maintenir l'ordre & Pag. 58 art. 176. & 177.

la discipline contre les entreprises des Officiers de Cour de Rome, ils ont aussi bien sceu leur faire raison & iustice de leurs anciens droicts, quand ils se sont rendu plus traictables, & plus fauorables à nos Rois.

Pag. 61. & 62. art. 194. *Pag. 61. & 62. art. 194.* Arrests de la Cour de Parlement resident à Tours des 5. & 27. Aoust 1591. de condemnation des Bulles monitoires du Pape Gregoire XIV. contre le Roy Henry IV. & les Prelats de France qui luy adheroient comme à leur Roy, rapportez au premier volume des preuues des Libertez. chap. 4. art. 31. & au second volume. chap. 20. art. 40. *pour montrer* que le Pape Gregoire XIV. entreprenant sur la personne Sacrée du Roy Henry IV. & sur son authorité, le Parlement, & les Prelats de France ont bien sceu y apporter le remede conuenable, & reprimer les entreprises de Cour de Rome.

Pag. 62. art. 196. & 197. *Pag. 62. art. 196. & 197.* Lettres Patentes du Roy portant main-leuée des defences d'aller à Rome, du 27. Decembre 1595. conceuës d'vn stile tout nouueau & tout extraordinaire, & dans des termes d'vne soubmission toute particuliere, rejettées par Arrest de la Cour du 5. Ianuier 1596. iusques à ce qu'elles eussent esté reduites dans le stile ordinaire, & les Lettres reformées, ensemble l'Arrest de verification, le tout rapporté dans le second volume des preuues, chap. 20. art. 53. & 54. & l'addition à l'article 53. *pour montrer* que le Roy Henry IV. ayant vn zele & vne deuotion trop grande & trop immoderée enuers le Saint Siege, elle a deu estre reglée par la Cour aux termes de la prestation de l'obeïssance filiale & ordinaire.

Pag. 62. art. 199. *Page 62. art. 199.* La declaration & protestation des Prelats assemblez à Chartres, contre les Bulles monitoriales du Pape Gregoire XIV. du 21. Septembre 1591. ensemble le procez verbal de l'Assemblée du 5. Nouembre 1591. rapportez dans le premier volume des preuues chap. 4. art. 34. & 35. *pour montrer* de quelle façon les Prelats de France ont sceu reprimer les entre-

prises des souuerains Pontifes, lors qu'ils ont voulu attenter sur le temporel des Rois de France, & sur les Libertez de l'Eglise Gallicane.

Page 63. art. 203. & 204. Extraict de l'Histoire d'Antonius Cicarella en la vie de Xiste V. page 564. de l'edition de Cologne de 1593. mise à la fin de Platine, en l'endroit où il refusa à la sollicitation du Roy d'Espagne, de prononcer l'excommunication contre le Roy Henry IV. Roy de France, & d'enuoyer secours aux Troupes de la Ligue, quoy que luy-mesme eust prononcé l'excommunication contre le mesme Henry, n'estant encore que Roy de Nauarre, *pour montrer* que le Pape mesme reconnoissoit en la personne du Roy de France les priuileges & aduantages accordez par ses predecesseurs aux Rois & au Royaume de France, de ne pouuoir estre excommuniez, ny sousmis à l'interdit. Pag. 63. art. 203. & 204.

Page 64. art. 206. & 207. Declaration du vœu du Roy Louis XIII. de la soûmission de son Royaume à la protection de la Sainte Vierge, du 10. Fevrier 1638. confirmée par autre Declaration du Roy Louis XIV. à present regnant, *pour montrer* quelle a esté la pieté des derniers Rois de France, & la deuotion particuliere enuers la Mere de Dieu, suiuant en cela l'exemple & la soûmission de saint Louis. Pag. 64. art. 206. & 207.

Pag. 64. & 65. art. 211. & 212. Relation de la conference de Monsieur de Chauigny Secretaire d'Estat, auec le Nonce Scoti, au Conuent des Cordeliers, l'escrit à luy deliuré par mondit Sieur de Chauigny, pour luy interdire toute audience auprés du Roy; & l'Ordonnance du Roy du 16. Decembre 1639. aux Prelats de France estant à Paris, pour leur defendre toute communication auec le Nonce, jusques à ce qu'il eust esté satisfait à l'injure faite au Roy en la personne de son Ambassadeur à Rome, lesdits actes rapportez au premier volume des preuues art. 84. & 85. chap. 7. *pour montrer* de quelle façon le Roy a sceu se faire justice, & tirer satisfaction, lors que les Papes, ou ceux de leur Pag. 64. & 65. art. 211. & 212.

famille luy ont voulu faire injure, ou à ses Ambassadeurs.

Pag. 65. art. 213. 214. & 215. joint la page 63. art. 202.

Page 65. art. 213. 214. & 215. joint la page 63. art. 202. Diuerses impressions des Traictez des Libertez de l'Eglise Gallicane & des preuues: La premiere du regne du Roy Henry IV. en l'année 1609. de l'authorité de la Cour: La seconde en l'année 1639. en deux volumes, l'vn du corps des traittez, le second des preuues, de la mesme authorité de la Cour, contre laquelle edition quelques Prelats assemblez à sainte Geneuiefue sans l'authorité & permission du Roy, ayant osé reclamer, par vn escrit & libelle datté du 9. Feurier 1639. il y eut vne troisiéme edition du seul volume des preuues, augmenté & diuisé en deux volumes, en l'année 1651. imprimez non seulement de l'authorité de la Cour, mais mesme par priuilege du Roy, du 11. Septembre 1651. verifié par Arrest du 12. Septembre, *pour montrer* sur quels fondemens, & sur quelle authorité sont appuyées les Libertez de l'Eglise Gallicane, & les preuues d'icelles, afin que personne n'ose en douter.

Pag. 66. art. 216.

Page 66. art. 216. Arrest de la Cour du 23. Mars 1640. contre le libelle intitulé *Optati Galli de cauendo schismate ad Prælatos Ecclesiæ Gallicanæ.* par lequel l'autheur ayant osé dire & publier que l'impression des Libertez de l'Eglise Gallicane tendoit à vn schisme, ce libelle fut condamné par l'Arrest comme seditieux, & ordonné qu'il seroit bruslé, rapporté dans le premier volume des preuues art. 86. *pour montrer* de quel soin la Cour s'est portée pour la conseruation des Libertez de l'Eglise Gallicane.

Pag. 69. art. 232. & 233. id. qu'en la page 52. art. 150.

P*ag. 69. art. 232. & 233. idem qu'en la page 52. art. 150. Articuli propositi, deliberati, & conclusi in Concilio Ecclesiæ Gallicanæ, congregato mense Septembri, anno Domini 1510. in ciuitate Turonensi, authoritate Christianissimi Regis Domini Ludouici XII.* rapportez au second volume des preuues des Libertez de l'Eglise Gallicane, chap. 20. art. 28. & dans Fontanon tome 4. dans l'appendice. pag. 1244.

pag. 1244. & diuers autres lieux, *pour montrer* outre l'induction expliquée sur l'article 150. pag. 52. de quelle façon le Roy Tres-Chrestien peut poursuiure la reparation de l'injure qui luy a esté faite en la personne de son Ambassadeur, & que cette poursuitte n'a rien de contraire ou opposé à la deuotion & à l'obeïssance filiale deuë au Pape, & au saint Siege Apostolique.

Page 70. art. 234. & 235. Extraict du dernier Traitté de Paix de l'année 1661. dans les articles 99. & 100. concernants les offices que les deux Roys de France & d'Espagne se sont reseruez de faire auprés du Pape, pour la reuocation des incamerations des Vallées de Comachio de l'Estat de Modene, & des Estats de Castro & de Ronchiglione faisant partie de celuy de Parme, *pour montrer* que le Roy de France estant dans la poursuitte de la satisfaction de l'injure faite à son Ambassadeur, à raison d'insister principalement à l'execution de ces deux articles de la Paix generale, en faueur des deux Ducs de Modene & de Parme. Pag. 70. art. 234. & 235.

Pag. 71. art. 241. Les remonstrances faites par Monsieur Talon Aduocat general le 20. Avril 1646. touchant la Bulle du Pape Innocent X. sur la residence des Cardinaux, & l'Arrest interuenu sur ces remonstrances du lendemain 21. Avril, par lequel ladite Bulle fut declarée abusiue, rapportées au premier volume des preuues chap. 7. art. 90. & 91. *pour montrer* que lors que les souuerains Pontifes ont voulu proceder par partialitez & affections particulieres, contre l'ordre estably par le droict commun, comme dans le cas de ladite Bulle, qui estoit faite par des motifs de haine particuliere contre les Cardinaux Barberins qui s'estoient mis sous la protection du Roy, le Parlement a bien sceu y apporter les remedes conuenables, pour reprimer leurs entreprises. Pag. 71. art. 241.

Pag. 71. & 72. art. 242. & 243. Arrest de la Cour du 15. May 1647. sur les remonstrances de Messieurs les Gens du Roy, contre la Bulle ou Decret de la Congre- Pag. 71. & 72. art. 242. & 243.

gation de l'inquisition, portant le titre de Bulle de Nostre Saint Pere le Pape, par laquelle cette proposition estoit condamnée, *que saint Pierre & saint Paul sont deux chefs de l'Eglise, qui n'en font qu'vn*, l'Arrest condamnant ce decret, non pas en la doctrine, mais en ce que l'on vouloit faire passer ce decret, quoy que de l'inquisition, pour vn decret de Nostre Saint Pere le Pape, ensemble le mandement du Nonce addressé aux ordinaires de sa Nonciature, comme contenant vn établissement de Iurisdiction nouuelle & extraordinaire en France, lesdites pieces rapportées dans le 1. vol. des preuues chap. 10. art. 11. & 12. *pour montrer* que la Cour a toûjours fait distinction des decrets de la Congregation de l'inquisition, & de ceux de Nostre Saint Pere le Pape, & qu'elle a égallement pourueu, pour reprimer les entreprises des Nonces Apostolics, dans l'établissement d'vne nouuelle Iurisdiction.

Page 72. art. 244.

Page 72. art. 244. Arrest de la Cour du 22. Ianuier 1663. contre la These de Theologie proposée pour estre disputée en Sorbonne, par lequel les propositions *de la puissance du Pape par dessus l'Eglise, du pouuoir de reuoquer les libertez de l'Eglise Gallicane, comme Priuileges accordez au Royaume, & de la denegation de la necessité absoluë des Conciles Generaux, pour appaiser les schismes & détruire les heresies*, sont condamnez, *pour montrer* que la Cour de Parlement s'est efforcée dans les rencontres, de s'opposer à ces doctrines nouuelles, qui ne tendoient qu'à la subuersion de l'authorité de l'Eglise vniuerselle, & des libertez de l'Eglise Gallicane.

Page 72. art. 247. & 248.

Page 72. art. 247. & 248. Arrest de la Cour du 17. Decembre 1607. contre la These proposée à la dispute, par Maistre George Critton Escossois, Docteur en l'Eschole de decret de Paris, en laquelle il auoit inseré cette proposition *quod Hierarcha Romanus Concilijs sit superior*, par lequel la These fut condamnée, *comme contraire aux anciennes maximes de tout temps tenuës en France, mesmement en l'Eschole de la Faculté de Paris, & signamment en la Sorbonne*, & la note en suite dudit

Arrest, le tout rapporté au 1. vol. des preuues. art. 10. & dernier, *pour montrer* qu'elle a esté de tout temps la doctrine de l'Eschole de Theologie de Paris, touchant l'authorité du Pape, & des Conciles Generaux.

Page 77. art. 265. & 266. Declarations des Docteurs de Theologie de la Faculté de Paris, de leurs sentimens touchant l'authorité du Pape sur le spirituel, & l'independence de celle du Roy sur le temporel, expliquez à la Cour, auec l'Arrest du 30. May 1663. qui en a ordonné l'enregistrement, *pour montrer* quelle a tousiours esté la Doctrine vniforme que l'on a tenu touchant l'vne & l'autre authorité, dans l'Eschole de Theologie de la Faculté de Paris, & du Pape pour le spirituel, & des Roys pour le temporel. Page 77. art. 265. & 266.

DANS LE COMMENTAIRE de la Pragmatique Sanction de S. Louys.

Page 85. art. 11. & 12. Idem qu'en la page 34. art. 77. Remontrances du Parlement faites au Roy Louys XI. pour la defense de la Pragmatique, en l'année 1461. en l'article 41. rapportées au second vol. des preuues. chap. 21. art. 21. & dans le recueil de Fontanon tome 4. dans l'appendice. page 1230. & suiuant, a joindre la glose de la Pragmatique, au titre des élections. au chap. *licet.* sur le mot *reseruationes*, dont le raisonnement est transcrit sur l'article 41. des Remontrances *pour montrer* par quelle occasion fut faite la Pragmatique Sanction de S. Louys, & que ce fut principalement pour pouruoir aux entreprises des Officiers de Cour de Rome, qui empeschoient la liberté des élections, & des collations ordinaires, par les reserues Apostoliques, les graces expectatiues, & les mandats *de prouidendo*, & non pas, comme aucuns ont voulu dire, par les preuentions. Page 85. art. 11. & 12.

Page 86. art. 16. idem qu'en la page 31. art. 66. Let- Page 86. art. 16.

tres de Saint Louys allant outre mer, par lesquelles il nomme l'Euesque de Paris, & autres, pour pouruoir en son absence aux Benefices vacants en Regale, & par tout autre genre de vacance, en execution de sa Pragmatique Sanction, lesdites Lettres du mois de Mars 1269. addressées à l'Euesque de Paris, pour les executer du Conseil du Gardien des Freres Mineurs & du Prieur des Freres Prescheurs, *pour montrer* combien la Pragmatique Sanction de Saint Louys est recommandable en diuerses circonstances, & particulierement par la recommandation des personnes deputées pour l'execution de son Ordonnance.

Page 87. art. 19. & 20. *Page 87. art. 19. & 20.* Extrait des Remontrances de Iean Iuuenal des Vrsins Archeuesque de Reims au Roy Charles VII. sur le sujet de sa Pragmatique, rapportées en diuers endroits du Commentaire de Messieurs Dupuis sur les libertez de l'Eglise Gallicane de Maistre Pierre Pithou. en l'art. 3. page 7. en l'art. 8. page 43. & particulierement en l'article 10. page 48. & 49. à ioindre la glose de la Pragmatique Sanction de Charles VII. titre des conclus. Eccl. Gall. sur le mot *Sanctionem*, *pour montrer* que la Pragm. Sanct. de Charles VII. aussi bien que celle de Saint Louys, ne sont fondées que sur la disposition du droit commun, & sur les Reglemens des anciens Canons de l'Eglise, & decrets des Conciles Generaux.

Page 88. art. 23. *Page 88. art.* 23. Remarque & aduertissement fait par Monsieur du Tillet en son Recueil des Libertez de l'Eglise Gallicane, à la fin des Remontrances du Parlement faites au Roy Louys XI. en l'an 1461. sur la defense de la Pragmatique Sanction du Roy Charles VII. & auant la Pragmatique Sanction du Roy Saint Louys, qu'il a inserée dans ce Recueil, en la page 355. & sont rapportez dans le Recueil de Fontanon tome 4. dans l'appendice. page 1238. où il fait connoistre le dessein malicieux des compilateurs de la Biblioteque des Peres & autres compilateurs des Statuts Synodaux de Paris, &

des Ordonnances, lesquels ayant inseré dans leur Recueil la Pragmatique Sanction de Saint Louys, en ont retranché l'article cinquiesme, parce qu'il contenoit la defence faite par le Roy Saint Louys, de payer d'oresnauant diuerses exactions & impositions faites par les Officiers de Cour de Rome sur les Benefices & Ecclesiastiques du Royaume.

Page 94. & 95. art. 6. 7. 8. 9. & suiuans, Diuers extraits & authoritez tirez des anciens Recueils des Ceremonies & modernes, faits par Messieurs Godefroy pere & fils, & du President Fauchet des Antiquitez Gauloises liure 7. chap. 17. & des preuues des Libertez en diuers endroits *pour montrer* quelle a esté l'origine de la profession faite par nos Roys, dans le titre de leurs Lettres Patentes, Edits & Ordonnances, qu'ils sont *Rois de France par la Grace de Dieu*, & comme par cette profession ils ne reconnoissent tenir leur Royaume que de Dieu seul. Page 94 & 95. art. 6. 7. 8 9. & suiuans.

Page 95. art. 13. idem qu'en la Preface page 33. art. 73. & 74. Extrait de l'Histoire de Matthieu Paris touchant la lettre écrite par le Pape Gregoire IX. au Roy Saint Louys, luy donnant aduis de l'excommunication prononcée contre l'Empereur Federic & de l'élection de la personne de Robert Comte d'Artois, frere du Roy S. Louys, & la réponce du Roy & des Barons de France, au Pape & à l'Empereur, tiré du vol. 1. des preuues des Libertez. chap. 4. art. 4. & la note & addition audit art. *pour montrer* outre l'induction tirée en la page 33. art. 73. & 74. que l'authorité des Roys de France est plus grande & plus independente que celle des Empereurs d'Allemagne. Page 95. art. 13.

Page 98. art. 24. Les chap. 31. & 35. du second vol. des preuues, entiers, où sont rapportez diuers Arrests, Edits, Ordonnances & Reglemens, concernans la celebration du seruice diuin, chant de l'Eglise, reformation de Messels & Breuiaires, & autres ceremonies Ecclesiastiques, *pour montrer* que le Roy & ses Officiers Page 98. art. 24.

ont toûjours pris ſoin, & fait des Reglemens & Ordonnances concernants leſdites choſes, comme faiſant partie de la police exterieure de l'Egliſe, dont la garde, le ſoin, & l'execution appartiennent aux Roys de France, l'Egliſe faiſant partie du Royaume, & en tenant le premier ordre.

Page 98. art. 26.

Page 98. art. 26. Extrait de diuers Edits & Ordonnances concernants les Reglemens des portions congruës deuës au Vicaires perpetuels, par les Curez primitifs, rapportez dans le recueil des Memoires du Clergé tome 4. titre 7. des Vicaires perpetuels & portions congruës. *pour montrer* comme nos Roys ont pris ſoin de la ſu bſiſtance deuë aux Curez & Vicaires perpetuels, comme faiſant partie de la police exterieure du Royaume.

Page 99. art. 30.

Page 99. art. 30. Extrait de l'Hiſtoire des Archeueſques de Sens, par Vrbain Reuerſey Chantre & Chanoine de l'Egliſe Cathedrale de Sens, où il fait mention que le Pape Iule II. ayant publié des Prieres à reciter au ſon de la cloche, lors de la Salutation Angelique, contre les François: Le Roy Louys XII. ayant fait aſſembler le Clergé de France à Tours, en l'année 1510. obtint qu'à l'éleuation du ſacré Corps de Noſtre Seigneur à la Meſſe, l'on adjoûteroit à la priere, *O ſalutaris Hoſtia*, ces mots, *da robur ſerua lilium*, ledit extrait rapporté dans le comment. de Meſſieurs Dupuis ſur les Libertez de l'Egliſe Gallicane de Maiſtre Pierre Pithou art. 17. pag. 89. *pour montrer* que de tout temps dans les Conciles, & dans les Aſſemblées de l'Egliſe Gallicane, l'on a toûjours arreſté & decerné des Prieres, & des Proceſſions generales & publiques en faueur des Roys de France, pour leur ſanté & proſperité.

Page. 99. art. 31.

En la meſme page 99. art. 31. vol. 1. des preuues des Libertez de l'Egliſe Gallicane chap. 11. depuis l'article 1. juſques au 32. diuers actes Synodaux de Prieres indites & reſoluës dans les Synodes de France, pour la proſperité & ſanté de nos Roys, *pour montrer* que les Peres

aſſemblez dans les Concils, & dans les Synodes de France, & Prouinciaux, & Nationaux, ont toûjours commencé leurs deliberations par les Prieres indites en faueur des Roys de France.

En la meſme page 99. art. 32. & 33. diuers actes & authoritez, par leſquelles il eſt prouué que les Roys de France ſont les ſeuls Lieutenans & Vicaires de Dieu dans leur Royaume, pour l'adminiſtration du temporel, & la proteſtation des Ambaſſadeurs du Roy Charles VI. aſſiſtans au Concile de Conſtance, que ce qu'ils en faiſoient n'eſtoit point pour ſatisfaire aux ordres de l'Empereur Sigiſmond; mais au commandement de leur Prince, cette proteſtation rapportée dans les allegations de Vincent Cigault, *ſuper bello Italico cap.* 3. *an Papa ſit ſupra Concilium.* pag. 68. col. 1. *pour montrer* que les Tres-Chreſtiens Roys de France dans la police & le gouuernement de leur Royaume ſont independants de qui que ce ſoit, & ne reconnoiſſent autre ſuperieur que Dieu, auquel ſeul ils doiuent compte de leur gouuernement & adminiſtration. Page 99. art. 32. & 33.

Page 100. art. 35. *& en la page 64. de la Preface art.* 207. Declaration du Roy Louys XIII. du 10. Feurier 1638. par laquelle il remet ſon Royaume ſous la protection de la Ste Vierge, confirmée par le Roy Louys XIV. *pour montrer* que dans l'execution de ce vœu, nos Roys ont ſuiuy & imité la deuotion, & la pieté du Roy Saint Louys. Page 100. art. 35.

Page 111. & 112. art. 30. La Pragmatique Sanction de Saint Louys, rapportée au 1. vol. des preuues chap. 5. art. 35. & la note des compilateurs eſtant en ſuite. Et ſur l'article 1. de la Pragmatique, par laquelle les compilateurs remarquent que le Pape Eugene IV. ayant fait preſenter des articles au Roy Charles VII. pour luy perſuader d'abroger ſa Pragmatique, par leſquels ils luy offroit entre-autres choſes, d'entretenir inuiolablement les droits des Patrons laïcs; le Roy luy fit faire réponce, que l'on n'auoit jamais douté que le Patronage laïc ne deuſt eſtre conſerué en ſon entier; Page 111. & 112. art. 30.

mais qu'il falloit également conferuer les droits des Patrõs Ecclefiaftics: *pour montrer*, joint la note de l'Apoftillateur fur le ftil du Parlement partie 3. titre 3. *de elect.* §. 1. fur le mot *Patroni*. Que le Roy Saint Louys, auffi bien que le Roy Charles VII. ont également trauaillé à conferuer les droits des Patrons, foit laïcs, foit Ecclefiaftics.

Page 112. art. 32. *Page* 112. *art.* 32. *Centum grauamina Nationis Germanicæ Norimbergæ Congregatæ*, art. 14. & 15. rapportez *in fafciculo rerum expetendarum*, fol. 177. dans lefquels articles les Eftats d'Allemagne font plainte de la trop frequente dérogation au droits des Patrons laïcs & Ecclefiaftics, & particulierement dans le cas du decez des Beneficiers à Rome, lors des Pelerinages pour le Iubilé, *pour montrer* que de tout temps toutes les Nations ont fait plainte de ces derogations, & qu'elles ont toutes également trauaillé pour la conferuation des Patronages, foit laïcs, foit Ecclefiaftics.

Page 115. art. 47. & fuiuans. *Page* 115. *art.* 47. *& fuiuans*, Remontrances du Parlement au Roy Loüis XI. pour la defenfe de la Pragmatique Sanction en l'article 41. rapportées dans les preuues des Libertez de l'Eglife Gallicane vol. 2. chap. 21. art. 21. à joindre la glofe de la Pragmatique Sanction de Charles VII. au titre *de elect.* au chap. *licet.* fur le mot *referuationes. idem* qu'en la page 34. art 77. *de la Preface. pour montrer* outre l'induction tirée en cét endroit, par le difcours de l'art. 41. & du gloffateur, que la Cour de Parlement, ny le gloffateur de la Pragmatique, qui en eftoit Prefident, ne fe font jamais plaint que les preuentions Apoftoliques empefchaffent la liberté des élections, & des collations ordinaires, mais bien les referues Apoftoliques, les graces expectatiues, & les mandats *de prouidendo*.

Page 117. art. 58. *Page* 117. *art.* 58. Inftructions données au Prefident du Ferrier, allant à Rome de la part du Roy Charles IX. pour le fait des Annates, & preuentions, fuiuant & en execution de l'Ordonnance d'Orleans, enfemble la

harangue

harangue par luy faite au Pape sur ce sujet, le 12. Auril 1561. rapportez au 2. vol. des preuues chap. 22. art. 34. & 35. *pour montrer* de la continuation des soins qu'ont pris nos Roys, pour l'établissement de la discipline ancienne dans la dispensation des Benefices.

Page 117. & 118. *art.* 59. Declaration du Roy Charles IX. donnée à Chartres le 10. Ianuier 1562. Par laquelle le Roy leue les defenses portées par l'Ordonnance d'Orleans en l'art. 2. & 22. de payer les Annates, & auoir égard aux prouisions par preuention, pour satisfaire aux plaintes du Cardinal de Ferrare, Legat Apostolique, rapportée au 4. tome du recueil de Fontanon. pag. 192. & 193. *pour montrer* que lors que l'on a voulu se plaindre des preuentions Apostoliques, & les restraindre, l'on a esté obligé d'en laisser incontinent la liberté, à quoy l'on peut adjoûter ce qui fut fait par l'Assemblée de l'Eglise Gallicane à Bourges, lors de la Pragmatique, expliqué par le glossateur au titre de *collat.* au §. *item circa.* sur le mot *item circa.* & sur le mot *instare.* & Probus. en son addition *vnique. pour montrer* qu'encore que les ordres eussent esté donnés aux Ambassadeurs de France enuoyez au Concile de Basle, de se plaindre des preuentions, ils ne voulurent point en faire les plaintes, comme contraires à la liberté commune & ordinaire, & n'en executerent point les ordres à cét égard, le Concile ayant mesme expressement approuué les préuentions Apostoliques en la session 21. au decret de *collat.* approuué par le Concordat au titre *de mandat.* au §. *declarantes.* Page 117. & 118. art. 59.

Page 127. *art.* 15. Indult du Pape Clement VII. accordé au Roy François I. en l'an 1531. de Pie IV. au Roy Charles IX. en l'an 1564. rapportez par Messieurs Dupuis dans l'histoire de la Pragmatique & du Concordat sur la fin, par lesquels ces Papes auroient accordé aux Roys de France, le droit & la faculté de nommer aux Eglises qui auoient priuilege particulier d'élire, & dans les Prouinces de Dauphiné, de Prouence, & de Bre- Page 127. art. 15.

tagne, & autres païs d'obedience, *pour montrer* que la nomination du Roy doit estre aussi estenduë que l'élection, & doit auoir lieu dans toutes les Prouinces du Royaume.

Page 128. & 129. art. 19. & 20.

Pag. 128. & 129. art. 19. & 20. Extraicts du commentaire de Iean Dayma sur le concordat au proeme fueillet 24. colomn. 4. de Guy Pape quest. 265. des Arrests de Monsieur Loüet & de son commentateur lettre R. nomb. 36. *pour montrer* que la nomination du Roy aux Benefices electifs, le droict de Regale, & la nomination des Graduez, doiuent auoir la mesme estenduë que le Royaume, & que ces droicts doiuent auoir lieu dans les Prouinces nouuellement conquises, & reunies au Royaume.

Page 131. & 132. art. 31. & suiuants.

Pag. 131. & 132. art. 31. & suiuants. Diuers extraicts de la Glose de la Pragmatique Sanction. au titre des elections. au chap. *sicut.* au §. *ad tollendam.* sur le mot *liberè.* & sur le mot *procurabit.* & des additions de Probus en ces endroits. & du commentaire de Guillaume de Monserrat *super Pragmat. Sanct. Gall. part. 5. de Regis prærogat. in elect.* & de Couarruu. sur le chapitre *possessor. de reg. jur. in 6. part. 2. §. 10. num. 16.* & des notes de l'Apostillateur sur le can. *cùm longè.* distinct. 63. au texte. & le can. *hinc est.* 16. quest. 1. *pour montrer* quel estoit le droict du Roy dans les elections, lors qu'elles estoient en leur vigueur, de donner la licence d'élire & d'approuuer l'élection, & que les prieres qu'ils auoient droict de faire aux electeurs, n'empeschoient point la liberté des élections, mesme que ces droicts n'estoient point des priuileges accordez par les Papes, mais des suittes du droict commun de leur Couronne.

Page 133. & 134. art. 44. 45. & 46.

Pag 133. & 134. art. 44. 45. & 46. vol. 1. des preuues des Libertez. chap. 15. tout entier. & le chap. 16. art. 4. & 15. Diuers actes & extraicts, & entre autres du Testament de Philippes Auguste, de l'an 1190. & des Lettres de saint Louis de l'an 1269. allant outre mer, par lesquels ces Rois donnent l'ordre pendant leur

voyage d'accorder la permission d'élire, & les autres actes par lesquels l'on leur demande la permission d'élire, accordant laquelle l'on enuoye des Commissaires pour presider aux élections de la part du Roy, *pour montrer* d'autant plus quels estoient les droicts du Roy dans les élections, mesme dans le temps qu'elles estoient le plus en vigueur, & que toutes ces prerogatiues n'en empeschoient point la liberté.

Page 137. *art.* 65. Commentaire de Messieurs Dupuis sur le traicté des Libertez de l'Eglise Gallicane de Monsieur Pithou. art. 68. sur la fin. & vol. 1. des preuues. chap. 16. art. 58. où est rapporté l'Arrest de la Cour du 6. Iuillet 1628. & les conclusions de Monsieur l'Aduocat general Talon, par lesquelles il remonstre que les Benefices Consistoriaux & electifs, comme les Euesches, & les Abbayes, ne vaquoient point *in Curia*, & que les pourueus decedants à Rome, les Papes ne les pouuoient conferer, sans la nomination du Roy, à quoy il faut adjouster, page 137. art. 65.

En la page 138. *art.* 66. L'Arrest rendu au Grand Conseil le 10. Mars 1658. pour l'Abbaye *de Chatris* au Diocese de Verdun, vacante par la mort de Monsieur le Cardinal Bichi decedé à Rome, entre Maistre François Ioisel pourueu par le Pape de ladite Abbaye, comme vacante *in Curia*, & Maistre Paul Gallard de Beart de Brassac, pourueu sur la nomination du Roy, par lequel le nommé par le Roy fut maintenu, nonobstant la vacance *in Curia*, *pour montrer* d'autant plus que les Benefices Consistoriaux & electifs ne vaquent point *in Curia*, quelque surprise que l'on ait faite au droict du Roy dans le Concordat, & que l'on ait accordé au Pape le pouuoir de disposer librement de tous les Benefices vacants *in Curia*. Pag. 138. art. 66.

Page 140. *&* 141. *art.* 3. 4. *&* 5. L'extraict de l'Ordonnance du Roy saint Louis de l'an 1228. rapportée dans la troisiéme partie du stile du Parlement, titre 39. *de simonia & ne quid pro Regiis Officiis exigatur vel solua-* Pag. 140. & 141. art. 3. 4. & 5.

tur. depuis transcrite dans le troisiéme article de la Pragmatique Sanction, ensemble l'Edict du Roy Charles VII. de l'an 1453. rapporté dans le recueil de Fontanon tome 4. pag. 10. & celuy du Roy Charles VIII. de l'année 1493. rapporté au mesme tome du recueil de Fontanon pag. 185. *pour montrer* que nostre Roy saint Louis, & ses successeurs, ont également trauaillé à bannir la simonie & des Benefices, & de leurs Offices Royaux.

Page 144. art. 18. *Pag. 144. art. 18.* Responce de Messieurs les Gens du Roy du Parlement de Paris aux articles enuoyez de Rome, signez Noel Brulart & Gabriel de Marillac, en l'article 7. rapportée au 2. volume des preuues. chap. 36. art. 29. à quoy faut joindre l'article 21. de l'Ordonnance de Blois, *pour montrer* que le crime de simonie de son origine est Ecclesiastic, & que la connoissance neantmoins en est mixte, appartenant & aux Iuges d'Eglise, & aux Iuges laïcs & seculiers, dans la connoissance du possessoire des Benefices.

Page 153. art. 9. *Pag. 153. art. 9.* Extraict de la Remonstrance de Iean Iuuenal des Vrsins Archeuesque de Reims au Roy Charles VII. sur le sujet de sa Pragmatique, rapportée en diuers endroits du commentaire de Messieurs Dupuis sur le traitté des Libertez de l'Eglise Gallicane de Monsieur Pithou, & particulierement en l'article 10. à joindre la glose de la Pragmatique Sanction de Charles VII. au titre *de conclus. Eccles. Gallic.* sur le mot *Pragmaticam.* & au titre *de elect.* au chap. *sicut.* au §. *quibus* sur le mot *juris communis.* & Probus en son addition vnique sur ce mot. *pour montrer* que la Pragmatique Sanction de saint Louis, comme celle de Charles VII. ne sont fondées que sur le droict commun, & les reglemens, & les decrets des Conciles generaux.

Pag. 154. art. 13. *Pag. 154. art. 13. idem qu'en la page 29. de la Preface art. 59.* Edict du Roy saint Louis de l'an 1228. *de Libertate Ecclesiastica.* rapporté dans Fontanon tome 4. dans l'appendice. page 941. & dans la dissertation *de Concord.*

Sacerd. & Imper. liure 3. chap. 1. dans l'addition. par laquelle le Roy saint Louis veut & ordonne que les Libertez Ecclesiastiques establies & obseruées dans son Royaume, soient pareillement gardées dans les Prouinces d'Arles & de Narbonne, & dans les Dioceses de Rodés, Cahors, Alby & Agen, *pour montrer* le soin qu'a eu le Roy saint Louis pour conseruer la liberté Ecclesiastique, dans toute l'estenduë de son Royaume.

Page 168. *art.* 2. Obseruation faite par Monsieur du Tillet en son recueil des Libertez de l'Eglise Gallicane sur la Pragmatique Sanction de saint Louis, rapportez en son recueil, & encore dans le recueil de Fontanon tome 4. dans l'appendice. pag. 1238. de ce que les Compilateurs de la Bibliotheque des Peres, & d'autres statuts Synodaux, inserant dans leurs recueils la Pragmatique Sanction de saint Louis, ont eu moins de scrupule, que Helie de Bourdeüil Archeuesque de Tours & Cardinal, en son traitté *defensorij concordat. contra Pragmat. Gallor.* ces Compilateurs en ayant retranché l'art. 5. tout entier, parce qu'il condamnoit les exactions de Cour de Rome, *pour montrer* où porte la partialité, & l'affection trop abandonnée, jusques à commettre des faussetez & suppositions, & pour se conseruer dans la reputation de pieux & de deuot n'apprehender pas de passer pour menteur, faussaire & imposteur. Pag 168. art. 2.

Pag. 169. *art.* 6. Ancien Arrest de la Cour du regne du Roy Charles VI. du 11. Septembre 1406. joint à l'article 14. du traitté des Libertez de l'Eglise Gallicane de Monsieur Pithou, *pour montrer* quelles ont esté les differentes especes d'exactions de Cour de Rome, leur origine, & leur progrez, & enfin leur condemnation, & entiere abrogation. Pag. 169. art. 6.

Page 170. *art.* 10. & 11. L'authorité de Ioannes Andreas sur le chap. *inter cætera. de off. ordin.* & d'Iues Euesque de Chartres en son Epistre 133. rapportées par les Interpretes & Commentateurs pour feindre l'origine Pag. 170. art. 10. & 11.

des Annates & autres exactions de Cour de Rome tres-anciennes, *pour conclure* au contraire des mesmes authoritez, & que l'origine de ces exactions n'est pas fort ancienne, & qu'il n'y a pas d'aillieurs de plus puissantes authoritez pour en inferer la condemnation.

Page 175. art. 38.

Page 175. art. 38. Diuers Edicts du Roy, Arrests de la Cour, & Ordonnances, des 6. Octobre 1385. 15. May 1408. & 11. Septembre 1406. portant defense de leuer & perceuoir les Annates, & autres exactions de Cour de Rome, & les peines de prison indites & prononcées contre les collecteurs & sous-collecteurs deputez par le Pape, rapportez dans le second vol. des preuues chap. 22. art 8. 9. 10. & 11. *pour justifier* dautant plus des soins qu'ont toûjours pris les Roys de France pour rétablir la discipline ancienne dans l'Eglise Gallicane, & la maintenir dans sa liberté.

Pag. 176. art. 41. 42. & 43.

Page 176. art. 41. 42. & 43. Remontrances du Parlement faites au Roy Louys XI. pour la defense de la Pragmatique, rapportées au second volume des preuues. chapitre 22. article 21. Dans le proëme. & l'article de la commission & du mandement donné par la Cour à Messieurs *Iean Loselier* & *Iean Henry*, Conseillers du Roy & Presidents en la Chambre des Enquestes, conferées auec la glose de la Pragmatique Sanction dans le proëm. au §. *cæterum.* sur le mot *asportantur.* où est faite mention, *Cantoris Parisiensis in remonstrantijs Pragmaticæ.* & auec le Catalogue de Messieurs les Chantres de l'Eglise de Paris, & les Lettres originales de Maistrise des petites Escholes de Paris accordées par Messieurs les Chantres; depuis l'année 1380. iusques en 1626. qui m'ont esté prestées par Monsieur Barré Docteur en Theologie de la Maison & Societé de Sorbonne, neueu de Messieurs Ruellé, Conseillers en la Cour de Parlement, Chantres & Chanoines de l'Eglise de Paris; entre lesquelles il y en a vne du 13. May 1483. donnée par Monsieur Maistre Iean Henry Conseiller du Roy en sa Cour de Parlement, & President en la

Chambre des Enqueſtes, Chantre & Chanoine de l'Egliſe de Paris à Iulien Guillemin, ledit ſieur Henry eſtant l'vn des Commiſſaires deputez de la Cour pour preſenter au Roy les Remontrances du Parlement; *pour montrer* éuidemment que le *Cantor Pariſienſis in Remonſtratiis*, auquel renuoye le gloſſateur en cét endroit, eſtoit Monſieur Maiſtre Iean Henry Conſeiller en la Cour & Preſident des Enqueſtes, Chantre & Chanoine de l'Egliſe de Paris; dont perſonne n'auoit fait la découuerte iuſques icy.

Page 176. 177. art. 43. & 44. Les Remontrances du Parlement au Roy Louys XI. en l'article 18. où ſont expliquez quatre inconueniens prouenans de l'abrogation de la Pragmatique, conferées auec la gloſe de la Pragmatique au proëme au § *cæterum.* ſur le mot *aſportantur.* qui porte ces termes *pro quo vide Cantorem Pariſienſem in remonſtrantijs Pragmaticæ & eſt xxIIII. inconueniens*, qui finiſſent la gloſe, *pour montrer* qu'il s'eſt gliſſé vne faute conſiderable en cét endroit, en ces mots *& eſt xxIIII. inconueniens*, & que n'y ayant que quatre inconueniens expliquez dans leſdites Remontrances, & particulierement dans l'art. 18. il faut ainſi corriger la gloſe, *& eſt vnum ex quatuor inconuenientibus*, pour s'accorder auec les Remonſtrances de la Pragmatique; dont il parle en cét endroit, cette faute & cét erreur ayant pû prouenir de ce que dans tous les exemplaires de la gloſe de la Pragmatique, de l'édition de Paris Gothique de 1503. de Galiot Dupré de 1546. & de la derniere de Monſieur Boutillier de 1613. eſt ainſi écrit, *& eſt* xxIIII. *inconueniens* en chifre litteral y ayant volontiers dans l'original *& eſt vnum* figuré par vn chifre litteral de la ſorte I. & le reſte de cette autre ſorte *ex* IIII. *inconuenient.* ce dernier mot en abregé, ce qui a fait que de ce mot *ex* l'on en a fait deux xx. ayant fait de la lettre *e* vn *x*. que l'on a joint au IIII. & ainſi l'on en a fait xxIIII. exprimé de cette ſorte, ce qui arriue tous les iours dans ces ſortes de chifres, & cette faute eſt demeurée ſans correction

Page 176. 177. art. 43. & 44.

iusques à ce iour, & la doit-on corriger de la sorte dans la prochaine edition ?

Pag 180. art. 63. & 64. *Page* 180. *art.* 63. *&* 64. L'acte ou instrument de la subuention appellée *centesima* accordée par le Roy saint Louys au Pape Vrbain IV. en l'année 1263. rapporté par Maistre Claude Menard en ses remarques & obseruations sur l'Histoire du Roy saint Louys du Sire de Ioinuille en la page 287. & suiuantes *pour montrer* que ces subuentions ne s'accordoient dans le Royaume que conformement à l'article 5. de la Pragmatique Sanction de saint Louys, du consentement du Roy & de l'Eglise Gallicane, volontairement & sans contrainte, & non point en vertu d'aucune lettre Apostolique, ainsi que porte l'acte ou l'instrument de l'indiction de cette subuention du *centiesme*.

Pag. 180. & 181. art. 65. & 66. *Page* 180. *&* 181. *art.* 65. *&* 66. L'extrait de la Pragmatique Sanction, au titre *de Annatis.* au §. *voluit tamen.* qui est vn decret de la Congregation de Bourges, par lequel elle accorde au Pape Eugene IV. aux Cardinaux & Officiers de Cour de Rome, la cinquiéme partie de l'ancienne taxe sa vie durant, sans préiudice des Libertez de l'Eglise Gallicane, & les Lettres Patentes du Roy Charles VII. touchant la subuention d'vn dixiesme accordée au Pape Calixte III. en l'année 1457. par lesquelles il declare que la concession qu'il luy faisoit de cette dixiesme estoit sans prejudice des Libertez de l'Eglise Gallicane *pour montrer* dautant plus que toutes ces concessions de subuentions faites par nos Roys aux Souuerains Pontifes, ont tousiours esté gratuites, & non forcées, du consentement du Roy, & de l'Eglise Gallicane.

Pag. 183. art. 78. *Page* 183. *art.* 78. Edict du Roy saint Louys de l'année 1243. & 1247. dont est faite mention dans le Commentaire de Messieurs Dupuis, sur le traitté des Libertez de l'Eglise Gallicane de Monsieur Pithou. art. 14. par lesquelles ayant accordé aux Papes Gregoire IX. & Innocent IV. des subuentions pour les necessitez de l'Eglise,

l'Eglise, l'occasion en estant cessée, il en interdisit & defendit la continuation de la perception, *pour montrer* d'autant plus que du temps de ce S. Roy, les subuentions accordées aux Souuerains Pōtifes par le Roy, n'estoient leuées qu'autant qu'il plaisoit aux Roys de France.

Page 183. art. 82. Diuers Edicts, Arrests, & Ordonnances des contributions, & subuentions accordées, tant en faueur du Pape, que du Roy, par lesquelles la contrainte est decernée contre les contribuables, rapportez dans le second vol. des preuues. chap. 39. tout entier. *pour montrer* qu'encore que ces contributions soient volontaires & caritatiues, accordées du consentement du Roy & de l'Eglise Gallicane; neantmoins quand elles ont esté vne fois indittes & accordées du consentement du Roy, & de l'Eglise Gallicane, elles deuiennent d'exaction, necessaires. Pag. 183. art. 82.

Page 193. art. 38. Edictum Caroli VII. ne mandicantes Beneficia teneant, rapporté dans la troisiéme partie du stil du Parlement. titre 32. §. 2. joint la note de l'Apostillateur, sur le mot *Beneficiorum.* & la clement. *vt professores. de regul. pour montrer* que non seulement de disposition du droit commun & general, les Religieux mendians sont incapables des Benefices, mais mesmes par disposition particuliere du Royaume de France, en sorte qu'ils n'en peuuent estre rendus capables que par dispense & permission du Roy, celle du Pape seule n'estant pas suffisante, pour leuer l'empeschement d'Estat, suiuant la note de l'Apostillateur. Pag. 193. art. 38.

Page 201. art. 12. & 13. Edict du Roy saint Louys de l'an 1253. par lequel ce saint Legislateur regle les fonctions des Preuosts, Baillifs & Seneschaux, rapporté dans l'Histoire du Sire de Ioinuille. p. 261. & suiuantes. & dans le Fontanon tome 1. en diuers endroits & art. & dans le stil du Parlement part. 3. titr. 6. *pour montrer* quels estoient les Officiers qui rendoient la Iustice du temps du Roy saint Louys, & quels sont ceux à qui ce saint Roy commet l'execution de son Ordonnance. Page 201. art. 12. & 13.

Page 205. art. 33.

Page 205. art. 33. Ordonnance de Roussillon de l'année 1563. art. 39. par lequel il est ordonné que d'oresnauant l'on commencera à compter l'année du premier iour de Ianuier, au lieu qu'auparauant l'on commençoit à compter du iour de Pasques; d'où vient que des Arrests qui tomboient auant ledit temps dans le mois de Mars, ou d'Auril, qui sont ceux où tomboit la Feste de Pasques, l'on adjoûtoit à la datte deuant ou apres Pasques *pour montrer* de quel temps les années du Seigneur se doiuent compter, selon la diuersité des temps.

FIN.

PRIVILEGE DV ROY.



OVIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre : A nos amez & feaux les Gens tenans nos Cours de Parlement, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, ou leurs Lieutenans ; & à tous nos Officiers qu'il appartiendra ; Salut. Noſtre cher & amé FRANÇOIS PINSSON Aduocat en noſtre Cour de Parlement, Nous a fait remontrer qu'ayant déja fait imprimer ſous noſtre permiſſion vn Traité des Benefices ſelon les regles & les maximes du Palais, l'vſage de nos Cours Souueraines, & Libertez de l'Egliſe Gallicane, qui a receu quelque approbation du Public, il s'eſt veu d'autant plus excité de faire part & donner au public vn ſecond Traité qu'il a fait & compoſé ſous le titre de *Sanctiſſimi Chriſtianiſſimique Francorum Regis Ludouici IX. Pragmatica Sanctio, & in eam Præfatio Hiſtorica & Commentarius* ; lequel il deſireroit faire imprimer par tel Imprimeur que bon luy ſembleroit, s'il nous plaiſoit luy accorder nos Lettres de Priuilege & permiſſion à ce requiſes & neceſſaires : A CES CAVSES, Deſirant fauorablement traitter l'expoſant, auons permis, permettons & octroyons à iceluy par ces preſentes faire imprimer ledit Liure ou Traitté par tel Imprimeur ou Libraire qu'il voudra choiſir, & l'expoſer en vente, ou diſtribuer durant le temps de dix ans, à commencer du jour qu'il ſera acheué d'imprimer : defendant à tous Imprimeurs, Libraires, & autres perſonnes de quelque qualité qu'ils ſoient d'imprimer ou faire imprimer, ny mettre en vente ledit Liure ou Traitté durant ledit temps ſans le conſentement de l'expoſant, ou de ceux qui auront charge de

luy, ou feront à ses droicts, sur peine de confiscation des exemplaires, de cinq cens liures d'amende, & de tous despens, dommages & interests enuers luy, à la charge de mettre deux exemplaires dudit Liure ou Traitté dans nostre Cabinet & Bibliotheque du Chasteau du Louure, & vn autre en celle de nostre tres-cher & feal le sieur Seguier Chancellier de France auant l'exposer en vente suiuant nos Reglemens, à peine de nullité des presentes. SI VOUS MANDONS que du contenu en ces presentes vous fassiez & laissiez jouïr l'exposant pleinement & paisiblement, en faisant mettre au commencement dudit Liure ou Traitté autant des presentes ou l'extraict d'icelles; CAR tel est nostre plaisir. DONNE' à Paris le dernier jour de Iuillet, l'an de grace mil six cens soixante-trois, & de nostre regne le vingt-vniéme. Signé, Par le Roy en son Conseil, IVSTEL, Et seellé du grand seau de cire jaune.

Registrées au Greffe des Requestes ordinaires de l'Hostel du Roy suiuant l'Arrest de ce jourd'huy 18. Aoust 1663. Signé, LE MAZIER.

Et ledit sieur PINSSON a cedé son droict de Priuilege cy-dessus à FRANÇOIS MVGVET Imprimeur ordinaire du Roy, suiuant l'accord fait entr'eux.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 8. Octobre 1663.

Les exemplaires ont esté fournis.

